Incipit liber ymnorum vel ſoli loquiorum·

Beatꝰ vir q̄ nō abijt in cōſilio impioꝝ: ⁊ in via peccatoꝝ nō ſtetit ⁊ i cathedrā pe ſtilentie non ſedit· Sed in lege dn̄i volūtas eiꝰ: ⁊ i lege eius meditabit̄ die ac nocte· Et erit tanq̄ lignū qđ plātatū ē ſecus decurſus aq̄ꝝ: qđ fructuꝫ ſuū dabit in tp̄e ſuo· Et foliuꝫ eiꝰ nō defluet: ⁊ ōnia quecūqꝫ fa ciet pſperabunt· Non ſic impij nō ſic: ſꝫ tāq̄ puluis quē ꝓicit vē tus a facie terre· Ideo nō reſur gūt impij i iudicio: neqꝫ peccato res in cōſilio iuſtoꝝ· Quoniam nouit dn̄s viā iuſtoꝝ: ⁊ iter ipio ꝝ peribit· Pſalmus dd·

Quare fremuerūt gētes: ⁊ po puli meditati ſunt inania· Aſtiterūt reges terre ⁊ pncipes cōuenerūt i vnū: adūſus dn̄m ⁊ aduerſus xp̄m eiꝰ· Dirūpamꝰ vincula eoꝝ: ⁊ ꝓiciamꝰ a nob iu gū ipſoꝝ· Qui hitat i celis irri debit eos: ⁊ dn̄s ſbſānabit eos· Tunc loq̄tur ad eos i ira ſua: ⁊ i furoē ſuo ɔturbabit eos· Ego autē ɔſtitutꝰ ſū rex ab eo ſup ſyō montē ſcm̄ eius: p̄dicans p̄ceptū eius· Dn̄s dixit ad me filiꝰ meꝰ es tu: ego hodie genui te· Poſtu la a me ⁊ dabo tibi gētes heredi tatē tuā: ⁊ poſſeſſiōem tuā termi nos terre· Reges eos i virga fer rea: ⁊ tanq̄ vas figuli cōfringes eos· Et nūc reges itelligite: eru dimini q̄ iudicatis terrā· Serui te dn̄o i timore: ⁊ exultate ei cū tre more· Apꝑhēdite diſcipliaꝫ ne q̄n iraſcatur dn̄s: ⁊ peatis de via iuſta· Cum exarſerit in breui ira eiꝰ: bti ōnes q̄ cōfidunt in eo·

Pſ· dd cū fugēt a facie abſolon filij ſui·

Domine q̄d mul tiplicati ſūt q̄ tribulant me: multi iſurgunt aduerſū me· Mul ti dicunt aīe mee: nō ē ſalꝰ ipſi in deo eiꝰ· Tu āt dn̄e ſuſceptor meꝰ es: glīa mea ⁊ exaltās caput meū Voce mea ad dn̄m clamaui: ⁊ exaudiuit me de mōte ſancto ſuo Ego dormiui ⁊ ſopoātꝰ ſū ⁊ exur rexi: q̄ꝛ dn̄s ſuſcepit me· Non ti mebo milia ppli circūdantis me: exurge dn̄e ſaluū me fac deus me us· Qm̄ tu pcuſſiſti ōnes aduer ſātes mihi ſine cauſa: dētes pecca toꝝ cōtriuiſti· Dn̄i ē ſalus: ⁊ ſu ꝑ populū tuū bn̄dictio tua·

In finē i carminibꝫ Pſal· dd·

Cum iuocarē exaudiuit me deꝰ iuſtitie mee: i tribulacōe dilataſti m̄· Miſerere mei: ⁊ exau di oracōem mea· Filij hoīnū vſ qꝫ quo graui corde: ut q̄d diligitis vanitatē ⁊ q̄ritis mendaciū· Et ſcitote q̄m mirificauit dn̄s ſācīū ſuū: dn̄s exaudiet me cū clamaue ro ad eū· Iraſcimini ⁊ nolite pec caē: q̄ dicitis i cordibꝫ vr̄is i cubi libꝰ veſtris cōpūgimini· Sacrifi cate ſacrificiū iuſtitie ⁊ ſperate in dn̄o: multi dicūt q̄s oſ̄dit nobis bō· Signatū ē ſup nos lumē vul tus tui dn̄e: dediſti leticiā in corde meo· A fructu frumēti vini ⁊ olei ſui: mlt̄iplicati ſūt· In pace in id ipſū: dormiā ⁊ req̄eſcā· Quoniā tu dn̄e ſingularit̄ in ſpe ɔſtituiſti me·

In finē pro ea que heredi tatē ɔſeq̄tur Pſalmus dd·

Verba mea auribꝰ ꝑcipe dñe:
intellige clamorē meū. Jn
tende voci orōis mee: rex meꝰ ⁊ de
us meꝰ. Qm̄ ad te orabo domie:
mane exaudies vocē meā. Mane
aſtabo tibi ⁊ videbo: qm̄ nō deꝰ vo
lens iniq̄tatē tu es. Neq; habita
bit iuxͣ te malignꝰ: neq; ꝑmane
būt iniuſti añ oculos tuos. Odi
ſti ōnes q̄ opant̄ iniq̄tatē: perdes
ōnes q̄ loquūtur mēdaciū. Vi
rū ſanguinū ⁊ doloſū abhomina
bit̄ dñs: ego autē in multitudine
miſericordie tue. Jntroibo ī do
mū tuā: adorabo ad tēplū ſcm̄ tu
um in timore tuo. Dñe deduc me
in iuſticia tua: ꝓpter inimicos me
os dirige in ꝯſpcū tuo viā meā.
Qm̄ nō ē in ore eorū veritas: cor
eorū vanū eſt. Sepulchꝝ̄ū pa
tens eſt guttur eorū: linguis ſuis
doloſe agebāt: iudica illos deus.
Decidant a cogitacōībꝰ ſuis:
ſcđ; multitudinē impietatū eorū
expelle eos: quoniā irritauerunt
te dñe. Et letent̄ ōnes q̄ ſperāt ī
te: in eternū exultabūt ⁊ habitabꝰ
in eis. Et gloriabūtur ī te ōnes
qui diligūt nomē tuū: qm̄ tu bene
dices iuſto. Dñe: ut ſcuto bone
voluntatis tue coronaſti nos.

¶ Jn finē in carminibus ꝓ octaua
Pſalmꝰ dauid.

Domie ne in furore tuo argu
as me: neq; in ira tua corri
pias me. Miſerere mei dñe qm̄
infirmꝰ ſū: ſana me dñe quoniā
cōturbata ſūt oſſa mea. Et aīa
ma mea turbata eſt valde: ⁊ tu do
mine vſq; quo. Cōuertere dñe
⁊ eripe aīam meā: ſaluū me fac ꝓ
pter miām tuā. Qm̄ nō eſt ī mor
te qui memor ſit tui: in inferno aūt
quis cōfitebit̄ tibi. Laboraui ī
gemitu meo: lauabo per ſingulas
noctes lectū meū: lacrimis meis
ſtratū meū rigabo. Turbatus ē
a furore ocul9 meꝰ: inueteraui int̄
ōnes inimicos meos. Diſcedite
a me ōnes qui operamini iniq̄tatē:
qm̄ exaudiuit dñs vocē fletꝰ mei.
Exaudiuit dñs depcacōe; me
am: dominꝰ orōe; meam ſuſcepit.
Erubeſcāt ⁊ ꝯturbētur vehement̄
ōnes inimici mei: cōuertant̄ ⁊ eru
beſcāt valde velocit̄. ¶ Jn finem
Pſalmꝰ dd. quē cātauit dño pro
verbis chuſi filij iemini.

Domie deꝰ meꝰ in te ſperaui:
ſaluū me fac ex oībꝰ ꝑſequē
tibꝰ me ⁊ libera me. Ne qn̄ rapi
at ut leo aīam meā: dū non eſt q̄
redimat neq; q̄ ſaluū faciat. Do
mine deꝰ meꝰ ſi feci iſtud: ſi ē ini
q̄tas in manibꝰ meis. Si reddi
di retribuētibꝰ mihi mala: decidā
merito ab inimicis meis inanis.
Perſeq̄tur inimicꝰ animā meā:
⁊ ꝯp̄hēdat ⁊ ꝯculce; in terra vitā:
⁊ gloriā meā in puluerē deducat.
Exurge dñe in ira tua: ⁊ exalta
re ī finibꝰ inimicoꝝ meoꝝ. Et ex
urge domie deꝰ meꝰ in p̄cepto qđ
mādaſti: ⁊ ſynagoga populorū
circūdabit te. Et ꝓpt̄ hāc ī altū
regredē: dominꝰ iudicat populos.
Judica me dñe ſcđm iuſticiā me
am: ⁊ ſcđm innocētiā meā ſup me.
Conſumet̄ neq̄cia pctōꝝ: ⁊ diri
ges iuſtū ſcrutās corda ⁊ rēnes deꝰ
Juſtū adiutoriū meū a dño: q̄
ſaluos facit rectos corde. Deus
iudex iuſtus fortis ⁊ paciens: nū
quid iraſcitur per ſingulos dies.

Niſi conuerſi fueritis gladiū ſuū
vibrauit: arcū ſuū tetēdit ⁊ para
uit illū. Et i eo parauit vaſa mor
tis: ſagittas ſuas ardētibꝰ effecit
Ecce parturiuit iniuſticiā: ↄcepit
dolorē ⁊ peperit iniq̄tatē. Lacū
aperuit ⁊ effodit eū: ⁊ incidit i fo
ueam quā fecit. Conuertet᷑ dolor
eiꝰ in caput eius: ⁊ in verticē ipiꝰ
iniq̄tas eius deſcendet. Confite
bor dño ſ̄m iuſticiā eiꝰ: ⁊ pſallam
nomini domini altiſſimi.

¶ In finē p̱ torcularibꝰ Ps̄.

Domine dñs noſter: q̄ͣ admirā
bile ē nomē tuū in vniuſa
terra. Quoniā eleuata ē magni
ficētia tua: ſup celos. Ex ore infā
tium ⁊ lactentiū pfeciſti laudē ꝓpt
inimicos tuos: ut deſtruas inimi
cū ⁊ vltorē. Quoniā videbo ce
los tuos opa digitorū tuorū: lu
nā ⁊ ſtellas q̄ tu fūdaſti. Quid
ē homo q̄ memor es eiꝰ: aut filiꝰ
hoīs qm̄ viſitas eū. Minuiſti eū
paulominꝰ ab angelis: glīa ⁊ ho
nore coronaſti eū: ⁊ ↄſtituiſti eū
ſup opā manuū tuarū. Omnia
ſubieciſti ſb̄ pedibꝰ eius: oues et
boues vniuſas: inſup ⁊ pecora cā
pi. Volucres celi ⁊ piſces maris:
qui pambulant ſemitas maris.
Dñe dñs noſter: q̄ͣ admirabile
ē nomē tuū in vniuſa terra.

¶ In finem p̱ occultis filij. Ps̄.

Confitebor tibi dñe i toto cor
de meo: narrabo ōnia mira
bilia tua. Letabor ⁊ exultabo in
te: pſallā nomini tuo altiſſīe. In
ↄuertēdo inimicū meū retrorſū: i
firmabūtur ⁊ pibūt a facie tua.
Quoniā feciſti iudiciū meum et
cauſā meā: ſediſti ſup thronū q̄
iudicas iuſticiā. Increpaſti gē
tes ⁊ perijt impiꝰ: nomē eorū deleſ
ſti in eternū ⁊ in ſeculū ſeculi. Ini
mici defecerūt framee in finē: et
ciuitates deſtruxiſti. Perijt me
moria eorū cū ſonitu: ⁊ dñs in et
num pmanet. Parauit in iudi
cio thronū ſuū: et ipſe iudicabit
orbē t̄re i eq̄tate: iudicabit ꝑplos i
iuſticia. Et factꝰ eſt dñs refugiū
pauperi: adiutor i opportunitatibꝫ
in tribulacōe. Et ſperent in te q̄
nouerūt nomen tuū: qm̄ nō dere
liquiſti querētes te dñe. Pſalli
te dño qui habitat in ſyō: anun
ciate inter gētes ſtudia eiꝰ. Quo
niā requirēs ſanguinē eorū recor
datus ē: non ē oblitus clamorē
pauperū. Miſerere mei dñe: vide
humilitatē meā de inimicis meis.
Qui exaltas me de portis mortis:
ut annūciē ōnes laudacōes tuas
in portis filie ſyon. Exultabo in
ſalutari tuo: infixe ſūt gētes i inte
ritu quē fecerūt. In laqueo iſto
quē abſcōderūt: ↄprehēſus ē pes
eorū. Cognoſcet᷑ dominꝰ iudicia
faciens: in opibus manuū ſuarū
ↄprehēſus ē peccor. Conuertā
tur peccatoēs i infernū: oēs gētes
que obliuiſcunt᷑ deū. Qm̄ non i
finē obliuio erit pauperis: paciētia
pauperū nō pibit in finē. Exur
ge domine nō ↄfortet᷑ homo: iudi
cent᷑ gentes in ↄſpectu tuo. Con
ſtitue dñe legiſlatorē ſup eos: ſci
ant gētes qm̄ hoīes ſūt. Ut qd
dñe receſſiſti lōge: deſpicis i opor
tunitatibꝰ in tribulacōe. Dū ſu
perbit impiꝰ incendit᷑ paup: ↄp
hendūtur in ↄſilijs quibꝰ cogitāt
Quoniā laudat᷑ peccor i deſiderijs

aĩe ſue: ⁊ iniquꝰ bñdicit᷑. Exa
cerbauit dñm peccator: ſcd̓m mul
titudinē ire ſue non q̄ret. Non
eſt deꝰ in cõſpectu eius: inquinate
ſunt vie illiꝰ in õni tempe. Aufe
runt᷑ iudicia tua a facie eiꝰ: õniũ
inimicoꝝ ſuorũ dominabit᷑. Di
xit eni̅ in corde ſuo: nõ mouebor
a generacõe in generacõem ſine
malo. Cuiꝰ maledictõe os ple
num eſt ⁊ amaritudine ⁊ dolo: ſb̄
lingua eius labor ⁊ dolor. Sedꝫ
in inſidijs cum diuitibꝰ in occul
tis: ut interficiat innocētē. Ocu
li eiꝰ in paupem r̄ſpiciũt: inſidia
tur in abſcõdito q̄ſi leo in ſpelun
ca ſua. Inſidiat᷑ ut rapiat pau
perē: rapere paupem dũ attr̄hit
eũ. In laqueo ſuo hũiliabit eũ:
inclinabit ſe ⁊ cadet cum dñatus
fuerit pauperũ. Dixit eni̅ in cor
de ſuo oblitꝰ eſt deꝰ: auertit faciē
ſuaꝫ ne videat i̅ finē. Exurge do
mīe deꝰ ⁊ exaltet᷑ manꝰ tua: ne ob
liuiſcaris paupeꝝ. Propt᷑ q̄d ir
ritauit impiꝰ deũ: dixit eni̅ i̅ corde
ſuo nõ req̄ret. Vides quoniā tu
laboreꝫ ⁊ dolorē ɔſideras: ut tr̄das
eos in manꝰ tuas. Tibi derelictꝰ
eſt paup: orphano tu eris adiu
tor. Contere brachiũ pctõris et
maligni: q̄retur pcc̄m illiꝰ ⁊ nõ in
uenietur. Dñs r̄gnabit in eternũ
⁊ in ſeculũ ſeculi: peribitis gentes
de terra illiꝰ. Deſideriũ paupeꝝ
exaudiuit dominꝰ: prepacõnem
cordis eorum audiuit auris tua.
Iudicare pupillo ⁊ humili: ⁊
non apponat vltra magnificare
ſe hõ ſup terrā. ¶ In finē Pſ. dd.
In domino ɔfido: quomõ dicitis aīe
mee tranſmigra in montē ſic paſ
ſer. Quoniā ecce peccatores inte
derunt arcũ: parauerũt ſagittas
ſuas i̅ pharetr̄: ut ſagittēt in ob
ſcuro rectos corde. Quoniā q̄ per
feciſti deſtruxerũt: iuſtus autē q̄d
fecit. Dominꝰ in templo ſancto
ſuo: dñs in celo ſedes eius. Ocu
li eius in paupem reſpiciunt: pal
pebre eius interrogant filios hoi
num. Dominꝰ interrogat iuſtũ
⁊ impium: qui aũt diligit iniq̄ta
tem odit animā ſuaꝫ. Pluit ſup
peccatores laq̄os: ignis ſulphur
⁊ ſpiritus procellaꝝ pars calicis
eoꝝ. Quoniam iuſtus dominꝰ
et iuſticias dilexit: equitatem vi
dit vultus eius. ¶ In finē: Pſal
mꝰ dauid p̄ octaua.
SAluũ me fac domine quoni
am defecit ſanctꝰ: quoniam
diminute ſũt veritates a filijs hoi
num. Vana locuti ſunt vnꝰ quiſ
q̄ ad proximuꝫ ſuum: labia dolo
ſa in corde ⁊ corde locuti ſunt. Diſ
perdat dñs vniuerſa labia dolo
ſa: ⁊ linguam magniloquā. Qui
dixerunt linguam noſtram mag
ficabimus: labia noſtra a nobis
ſunt: quis noſter dominus eſt.
Propter miſeriam inopum et
gemitũ pauperũ: nunc exurgā di
cit dominꝰ. Ponam in ſalutari:
fiducialiter agam in eo. Eloq̄a
domini eloquia caſta: argentum
igne examinatum probatum ter
re purgatum ſeptuplũ. Tu do
mine ſeruabis nos et cuſtodies
nos: a generacõne hac in eternũ.
In circuitu impij ambulant:
ſcd̓m altitudinem tuam multipli
caſti filios hominum.
¶ In finem Pſalmꝰ dd.

Uſquequo dñe obliuiſceris me in finē: vſqueq̄ auertis faciem tuaꝫ a me. Quā diu ponam cōſilia in anima mea: dolorē in corde meo p diē. Uſquequo exaltabit̄ inimic⁹ me⁹ ſup me. Reſpice ⁊ exaudi me dñe de⁹ meus. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiaꝫ in mortē: ne qñ dicat inimicus me⁹ p̄ualui aduerſus eū. Qui tribulāt me exultabūt ſi motus fuero: ego aūt in miſericordia tua ſpaui. Exultabit cor meū in ſalutari tuo: cantabo dño qui bona tribuit mihi: ⁊ pſallam nomini dñi altiſſimi.

Dixit inſipiens ī corde: non ē deus. Corrupti ſūt ⁊ abhominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis: nō eſt q̄ faciat bonū nō ē vſqꝫ ad vnū. Dñs de celo ꝓſpexit ſuper filios hoim: ut videat ſi eſt intelligēs aut req̄rens deū. Oēs declinauerūt ſimul inutiles facti ſūt: nō ē q̄ faciat bonuꝫ nō ē vſqꝫ ad vnū. Sepulcrū patens ē guttē eoꝝ: linguis ſuis doloſe agebāt: venenū aſpidū ſub labijs eoꝝ. Quoꝝ os malediccōe ⁊ amaritudie plenū eſt: veloces pedes eoꝝ ad effundēdum ſanguinem. Contritio ⁊ infelicitas ī vijs eoꝝ: ⁊ viā pacis nō cognouerūt: nō eſt timor dei añ oculos eoꝝ. Nōne cognoſcēt ōnes q̄ opant̄ iniq̄tatē: qui deuorāt plebē meā ſicut eſcaꝫ panis. Dominū nō inuocauerūt: illic trepidauerūt timore vbi nō erat timor. Qm̄ dñs i generacōe iuſta ē: cōſiliū inopis cōfudiſtis: qm̄ dñs ſpes eius eſt. Quis dabit ex ſyō ſalutare iſrl̄: cū auerterit dñs captiuitateꝫ plebis ſue exultabit iacob ⁊ letabit̄ iſrl̄.

Domine quis hītabit in tabnaculo tuo: aut q̄s requieſcꝫ i mōte ſācto tuo. Qui ingredit̄ ſine macula: ⁊ opatur iuſticiam. Qui loq̄tur veritatē i corde ſuo: qui non egit dolum ī lingua ſua. Nec fecit ꝓximo ſuo malū: et obprobriū nō accepit aduerſus ꝓximos ſuos. Ad nihilū deduct⁹ eſt i ꝯſpectu eius malign⁹: timētes āt dñm glorificat. Qui iurat ꝓximo ſuo ⁊ nō decipit qui pecuniā ſuā nō dedit ad vſurā: et munera ſup innocentes nō accepit. Qui facit hec: non mouebitur ineternum. Tituli inſcripcio ipſi dauid.

Conſerua me dñe qm̄ ſpaui in te: dixi dño de⁹ me⁹ es tu: qm̄ bonoꝝ meoꝝ nō eges. Sanctis q̄ ſūt in terra eius: mirificauit ōnes volūtates meas i eis. Multiplicate ſūt infirmitates eoꝝ: poſtea accelerauerūt. Non ꝯgregabo cōuenticula eoꝝ de ſāguinib⁹: nec memor ero nominū eoꝝ p labia mea. Dñs pars hereditatis mee ⁊ calicis mei: tu es q̄ reſtitues hereditatē meaꝫ m̄. Funes ceciderūt mihi in p̄clarıs: etenī hereditas mea p̄clara eſt mihi. Bñdicā dñm qui tribuit m̄ intellectuꝫ: inſup ⁊ vſqꝫ ad nocteꝫ increpuerūt me renes mei. Prouidebam dñm in cōſpectu meo ſemp: qm̄ a dextris ē m̄ ne cōmouear. Propter hoc letatū eſt cor meū ⁊ exultauit lingua mea: inſup ⁊ caro mea requieſcꝫ in ſpe. Qm̄ non derelinques animā meaꝫ in inferno: nec

dabis ſanctū tuū vidē corruptiō
nem. Notas mihi feciſti vias vi
te adimplebꝭ me leticia cū vultu tuo
delectacōes ī dextera tua vſqꝫ ī finē

Exaudi dn̄e iuſticiā meā: in
tende deprecacōēꝫ meā. Au
ribus percipe oracōem meā: nō ī la
bijs doloſis. De vultu tuo iudi
ciū meū pdeat: oculi tui videāt eq
tatē. Probaſti cor meū ⁊ viſita
ſti nocte: igne me examinaſti ⁊ nō
eſt inuenta ī me iniq̄tas. Ut nō
loquatꝛ os meū opa hominū: ꝓpt
verba labiorū tuoꝝ ego cuſtodi
ui vias duras. Perfice greſſus
meos in ſemitis tuis: ut nō moue
antꝛ veſtigia mea. Ego clamaui
qm̄ exaudiſti me deꝰ: inclina aurē
tuam mihi ⁊ exaudi verba mea.
Mirifica miſericordias tuas: q̄
ſaluos facis ſperātes in te. A re
ſiſtentibꝰ dextere tue cuſtodi me:
ut pupillā oculi. Sub vmbra
alaꝝ tuarū ptege me: a facie ipio
rū q̄ me afflixerūt. Inimici mei
animā meā circūdederunt: adipē
ſuū cōcluſerunt: os eoꝝ locutum
eſt ſupbiam. Proiciētes me nūc
circūdederunt me: oculos ſuos ſta
tuerunt declinare ī terrā. Suſce
perūt me ſicut leo paratus ad pre
dam: ⁊ ſicut catulꝰ leonis h̄itans
in abditis. Exurge dn̄e p̄ueni
eum ⁊ ſupplanta eū: eripe animā
meā ab impio: frameā tuā ab ini
micis manꝰ tue. Dn̄e a paucis
de terra diuide eos in vita eoꝝ: et
de abſcōditis tuis adimpletꝰ eſt
venter eoꝝ. Saturati ſūt filijs: ⁊
dimiſerūt reliq̄as ſuas puulꝭ ſuis
Ego autē ī iuſticia apparebo cō
ſpectui tuo: ſaciabor cū apparuerit

gloria tua. ¶In finem pueꝛ dn̄i
dauid q̄ locutꝰ eſt dn̄o verba cāti
ci huiꝰ in die q̄ eripuit eū dn̄s de
manu oīm inimicoꝝ eiꝰ et de ma
nu ſaul ⁊ dixit.

Diligā te dn̄e fortitudo mea:
dn̄s firmamentū meū ⁊ rēfu
giū meū ⁊ liberator meꝰ. Deꝰ me
us adiutor meꝰ: ⁊ ſperabo in eū.
Protector meꝰ et cornu ſalutis
mee: ⁊ ſuſceptor meꝰ. Laudās
inuocabo dn̄m: ⁊ ab inimicis me
is ſaluꝰ ero. Circūdederūt me do
lores mortis: ⁊ torrentes iniq̄tatis
cōturbauerūt me. Dolores infe
ri circūdederunt me: p̄occupauerūt
me laquei mortis. In tribula
cōe mea inuocaui dn̄m: ⁊ ad deū
meū clamaui. Et exaudiuit de
templo ſancto ſuo vocē meam: et
clamor meꝰ ī cōſpectū eiꝰ introiuit ī
aures eiꝰ. Commota eſt ⁊ cōtre
muit terra: fundamēta montiū
cōturbata ſunt ⁊ cōmota ſūt: quo
niā iratus eſt eis. Aſcendit fu
mꝰ in ira eius: ⁊ ignis a facie eiꝰ
exarſit: carbones ſuccēſi ſunt ab
eo. Inclinauit celos ⁊ deſcēdit:
⁊ caligo ſub pedibꝰ eiꝰ. Et aſcē
dit ſup cherubin ⁊ volauit: vola
uit ſup pennas vētorū. Et poſu
it tenebras latibulū ſuū: in circui
tu eiꝰ tabnaculū eiꝰ: tenebroſa aq̄
in nubibꝰ aeris. Pre fulgore in
cōſpcū eiꝰ nubes trāſierūt: gran
do ⁊ carbones ignis. Et intonu
it de celo dn̄s: ⁊ altiſſimꝰ dedit vo
cē ſuā: grādo ⁊ carbones ignis. Et
miſit ſagittas ſuas et diſſipauit
eos: fulgurā mltiplicauit ⁊ cōturba
uit eos. Et apparuerūt fōtes aq̄ꝝ
⁊ reuelata ſūt fūdamēta orbꝭ terraꝝ

Ab increpacōe tua dn̄e:ab iſpi
racōe ſpūs ire tue. Miſit de ſum
mo ꝛ accepit me:ꝛ aſſumpſit me
de aquis multis. Eripuit me
de inimicis meis fortiſſimis ꝛ ab
hijs qui oderunt me:qm̄ confor
tati ſūt ſuꝑ me. Preuenerūt me
in die afflictōis mee:ꝛ fact⁹ ē dn̄s
ꝓtector me⁹. Et eduxit me i lati
tudinē:ſaluū me fecit qm̄ voluit
me. Et retribuet m̄ dn̄s ſm̄ iu
ſticiā meā:ꝛ ſcd̄m puritatē manu
um meaꝝ retribuet mihi. Quia
cuſtodiui vias dn̄i:nec ipie geſſi
a deo meo. Qm̄ ōnia iudicia ei⁹
in cōſpectu meo:ꝛ iuſticias ei⁹ nō
repuli a me. Et ero immacula
tus cū eo:ꝛ obſeruabo me ab ini
q̄tate mea. Et retribuet m̄ dn̄s
ſm̄ iuſticiaꝫ meā:ꝛ ſcd̄m puritatē
manuū meaꝝ in ↄſpectu oculorū
eius. Cū ſancto ſāct⁹ eris:ꝛ cuꝫ
viro innocēte innocēs eris. Et
cū electo electus eris:ꝛ cū ꝑuerſo
ꝑuerteris. Qm̄ tu populū hūilē
ſaluū facies:ꝛ oculos ſuꝑborum
hūiliabis. Quoniā tu illuminas
lucernā meaꝫ dn̄e:de⁹ me⁹ illumi
na tēbras meas. Quoniā i te eri
piar a tēptacōe:ꝛ in deo meo trāſ
grediar muꝝ. Deus me⁹ impol
luta via eius eloquia dn̄i igne ex
aminata:ꝓtector ē ōniū ſperātiuꝫ
in ſe. Qm̄ q̄s de⁹ pret dn̄m:ā q̄s
de⁹ pret deum nr̄m. Deus q̄ precin
xit me virtute:ꝛ poſuit immacula
tā viaꝫ meā. Qui perfecit pedes
meos tāq̄ ceruoꝝ:et ſuꝑ excelſa
ſtatuens me. Qui docet manus
meas ad preliū:ꝛ poſuiſti ut ar
cū ereū brachia mea. Et dediſti
m̄ ꝓtectōem ſalutis tue:ꝛ dextera
tua ſuſcepit me. Et diſciplia tua
correxit me i finē:ꝛ diſciplina tua
ipſa me docebit. Dilataſti greſ
ſus meos ſubtus me:ꝛ nō ſūt iſir
mata veſtigia mea. Perſequar
inimicos meos et cōꝑhendam il
los:ꝛ n̄ ↄūtar donec deficiāt. Cō
fringā illos nec poterūt ſtare:ca
dent ſubtus pedes meos. Et p̄ci
xiſti me virtute ad bellū:ꝛ ſupplā
taſti inſurgētes in me ſbtus me.
Et inimicos meos dediſti m̄ dor
ſu:ꝛ odiētes me diſꝑdidiſti. Cla
mauerūt nec erat q̄ ſaluos facēt:
ad dn̄m nec exaudiuit eos. Et
cōminuā eos in puluereꝫ an̄ faci
em venti:ut lutū plateaꝝ delebo
eos. Eripies me de ↄtradictōni
b⁹ ꝑplī:ↄſtitues me in caput gēti
um. Popul⁹ quē non cognoui
ſeruiuit m̄:in auditu auris obedi
uit mihi. Filij alieni mētiti ſūt
mihi:filij alieni inueterati ſūt:et
claudicauerūt a ſemitis ſuis. Ui
uit dn̄s ꝛ bn̄dict⁹ deus me⁹:ꝛ ex
altet̄ deus ſalutis mee. Deus q̄
das vindictas m̄ ꝛ ſubdis ꝑplos
ſb me:liberator meus de inimicis
meis iracūdis. Et ab inſurgēti
b⁹ in me exaltabis me:a viro iniq̄
eripies me. Propterea cōfitebor
tibi i nacōib⁹ dn̄e:ꝛ nomini tuo
pſalmū dicā. Magnificās ſalu
tes regis ei⁹:ꝛ faciēs miſericordi
am xp̄o ſuo dauid:ꝛ ſemini eius
vſq3 i ſeculum

Celi enarrant gloriā dei:ꝛ ope
ra manuū eius ānunciat fir
mamētū. Dies diei eructat v̄bū:
ꝛ nox nocti īdicat ſciētiā. Non
ſūt loquele neq3 ſermōes:quorū
nō audiātur voces eoꝝ. In oēꝫ

terrã exiuit ſonꝰ eoꝝ:⁊ in fines
orbis terre verba eorũ. In ſole
poſuit tabernaculũ ſuũ:⁊ ipſe tãq̃
ſponſus ꝓcedens de thalamo ſuo
Exultauit ut gigas ad currẽdã
viam:a ſũmo celo egreſſio eius.
Et occurſus eius vſq; ad ſũmũ
eius:nec ẽ q̃ ſe abſcõdat a calore
eius. Lex dñi immaculata ꝯuer
tens aĩas:teſtimoniũ dñi fidele
ſapiẽtiã preſtãs puulis. Iuſti
cie dñi recte letificantes corda:p̄
ceptũ domi lucidũ illuminãs ocu
los. Timor domi ſanctꝰ perma
nens in ſeculũ ſeculi:iudicia domi
ni vera iuſtificata ĩ ſemetipã. De
ſiderãbilia ſup aurũ ⁊ lapidem p̄ci
oſũ multũ:⁊ dulciora ſup mel et
fauũ. Etenim ſeruꝰ tuꝰ cuſtodit
ea:ĩ cuſtodiendis illis retributio
multa. Delicta q̃s intelligit ab
occultis meis mũda me:⁊ ab alie
nis parce ſeruo tuo. Si mei ñ fue
rint dñati tũc immaculatꝰ ero:et
emũdabor a delicto maxĩo. Et
erunt ut complaceant eloq̃a oris
mei:⁊ meditatõ cordis mei in cõ
ſpectu tuo ſemp. Domine adiu
tor meꝰ:⁊ redemptor meꝰ.

Exaudiat te dominꝰ ĩ die tri
bulatõis:ꝓtegat te nomen
dei iacob. Mittat tibi auxiliũ de
ſancto:⁊ de ſyon tueatur te. Me
mor ſit õis ſacrificij tui:⁊ holo
cauſtũ tuũ pingue fiat. Tribuat
tibi ſcdm cor tuum:⁊ õne cõſiliũ
tuum ꝯfirmet. Letabimur ĩ ſa
lutari tuo:⁊ ĩ nomĩe dei nr̃i magn̄fi
cabimur. Impleat dñs omnes
petitões tuas:nunc ꝯgnoui quo
niã ſaluũ fecit dñs criſtũ ſuum.
Exaudiet illũ de celo ſãcto ſuo:
in potentatibꝰ ſalus dextere eius.
Hij in curribꝰ ⁊ hij ĩ equis:nos
autẽ in noĩe dñi dei nr̃i inuocabi
mꝰ. Ipſi obligati ſunt ⁊ ceciderunt
runt:nos autẽ ſurreximꝰ ⁊ erecti
ſumꝰ. Domine ſaluũ fac regem
⁊ exaudi nos: in die qua inuoca
uerimꝰ te.

Domine in virtute tua letabi
tur rex:⁊ ſup ſalutare tuum
exultabit vehementer. Deſideri
um cordis eius tribuiſti:⁊ volun
tate labiorũ eius non fraudaſti
eũ. Quoniã p̄ueniſti eũ in bene
dictõibꝰ dulcedinis:poſuiſti in ca
pite eiꝰ coronã de lapide precioſo.
Vitam petijt a te et tribuiſti ei:
longitudinẽ dierũ in ſeculũ ⁊ ĩ ſe
culum ſeculi. Magna gloria eiꝰ
ĩ ſalutari tuo:gloriã ⁊ magnũ de
corem impones ſup eũ. Quoniã
dabis eum in bñdictõem in ſeculũ
ſeculi:letificabis eũ in gaudio cũ
vultu tuo. Quoniã ſperat in do
mino:et in miſericordia altiſſimi
non ꝯmouebitur. Inueniatur
manꝰ tua omnibꝰ inimicis tuis:
dextera tua inueniat oĩes qui te
oderũt. Pones eos ut clibanũ
ignis in tempe vultus tui:domi
nꝰ in ira ſua ꝯturbabit eos:⁊ de
uorabit eos ignis. Fructũ eo
rum de terra perdes:⁊ ſemen eorũ
a filijs hominũ. Quoniam decli
nauerunt ĩ te mala:cogitauerũt
conſilia que non potuerunt ſta
bilire. Quoniã pones eos dorſũ
in reliquijs tuis p̄parabis vultũ
eorũ. Exaltare dñe in v̄tute tua:
cantabimꝰ ⁊ pſallemus virtutes
tuas. ¶ In finẽ pſalmꝰ dd. ꝓ
ſuſceptõne matutina.

Deus deꝰ meus reſpice in me:
q̄re me dereliquiſti: longe a
ſalute mea verba delictoꝝ meoꝝ.
Deus meꝰ clamabo ꝑ diē ⁊ non
exaudies: ⁊ nocte ⁊ nō ad inſipi
entiā mihi. Tu autē in ſācto hi
tas: laus iſrahel. In te ſperauer̄t
p̄res noſtri: ſperauerūt ⁊ liberaſti
eos. Ad te clamauerūt ⁊ ſalui
facti ſūt: in te ſperauer̄t ⁊ nō ſunt
ꝯfuſi. Ego autē ſū vermis ⁊ nō
homo: obprobriū hoīm ⁊ abie
ctio plebis. Oēs vidētes me de
riſerūt me: locuti ſūt labiis ⁊ mo
uerūt caput. Sperauit in dn̄o
eripiat eū: ſaluū faciat eum quo
niā vult eum. Qm̄ tu es q̄ extra
xiſti me de vētre: ſpes mea ab vbe
ribus m̄ris mee: ī te ꝓiectus ſū ex
vtero. De ventre m̄ris mee deꝰ
meꝰ es tu: ne diſceſſeris a me. Qm̄
tribulacō ꝓxima ē: quoniā non ē
q̄ adiuuet. Circūdederūt me vi
tuli multi: thauri pīgues obſede
runt me. Aperuerūt ſup me os
ſuū: ſicut leo rapiens ⁊ rugiens.
Sicut aqua effuſus ſū: ⁊ diſpſa
ſūt oīa oſſa mea. Factū ē cor
meū tanq̄ cera liqueſcēs: ī medio
vētris mei. Aruit tanq̄ teſta vir
tus mea: ⁊ ligua mea adheſit fau
cibꝰ meis: ⁊ in puluerē mortis de
duxiſti me. Qm̄ circūdederunt
me canes multi: ꝯſiliū malignāti
um obſedit me. Ioderūt manꝰ
meas ⁊ pedes meos: dinumerāue
rūt oīa oſſa mea. Ipſi vero ꝯſi
derauerūt ⁊ inſpexerūt me: diuiſe
rūt ſibi veſtimenta mea: ⁊ ſup ve
ſtē meā miſerūt ſortē. Tu aūt
dn̄e ne elongaueris auxiliū meū
ad defenſionē meā ꝯſpice. Erue
a framea deꝰ animā meā: ⁊ de ma
nu canis vnicā meā. Salua me
ex ore leonis: et a cornibꝰ vnicor
niū hūilitatē meā. Narrabo no
men tuū fratribꝰ meis: in medio
eccl̄ie laudabo te. Qui timetis dn̄m
laudate eū: vniuerſū ſemē iacob
glorificate eū. Timeat eū oē ſe
mē iſrl̄: qm̄ nō ſpreuit neq; deſpe
xit deꝑcacōnē paupis. Nec au
tit faciē ſuā a me: ⁊ cū clamarē ad
eū exaudiuit me. Apud te laus
mea ī eccl̄ia magna: vota mea red
dā in conſpcū timentiū eū. Edēt
paupes ⁊ ſaturabūtur: ⁊ lauda
būt dn̄m qui req̄runt eū: viuent
corda eoꝝ ī ſeculū ſeculi. Remi
niſcent̄ ⁊ ꝯuertētur ad dn̄m: vni
uerſi fines terre. Et adorabunt
in ꝯſpectu eius: vniūſe familie gē
tiū. Qm̄ dn̄i eſt regnum: ⁊ ipſe
dn̄abit̄ gentiū. Manducauerūt
⁊ adorauerūt oēs pingues t̄re:
in ꝯſpectu eius cadēt oēs q̄ deſcē
dunt in terrā. Et aīa mea illi
viuet: ⁊ ſemē meū ſeruiet ipſi. An
nūtiabit̄ dn̄o generacō vētura: ⁊
annūtiabunt celi iuſticiā eiꝰ po
pulo q̄ naſcet̄ quē fecit dn̄s.
Dominꝰ regit me ⁊ Ps̄. 22.
nīl m̄ deerit: ī loco paſcue ibi
me collocauit. Super aquā refe
ctiōis educauit me: animā meā
ꝯuertit. Eduxit me ſup ſemi
tas iuſticie: ꝓpter nomē ſuū. Nā
⁊ ſi ābulauero in medio vmbre
mortis nō timebo mala: qm̄ tu me
cū es. Virga tua ⁊ baculꝰ tuus:
ipſa me ꝯſolata ſūt. Paraſti ī
ꝯſpectu meo mēſā: aduerſus eos
qui tribulant me. Impinguaſti
in oleo caput meū: ⁊ calix meus

inebriãs q̃ ꝑclar⁹ ē. Et mīa tua
ſubſeq̃tur me: oīb⁹ dieb⁹ vite mee
Et ut inhitē in domo dñi: in lõgi
tudie dierū. ¶ Ps. i. pma ſabbi.
Domi ē terra ⁊ plenitudo ei⁹:
orbis terraꝝ ⁊ vniuerſi q̇ hi
tant in eo. Quia ipſe ſup maria fū
dauit eū: ⁊ ſup flumia ꝑpauit eū
Quis aſcēdet in montē dñi: aũt q̇s
ſtabit i loco ſcõ ei⁹. Innocens
maib⁹ ⁊ mūdo corde: q̇ nõ accepit
in vano aīaȝ ſuā: nec iurauit i do
lo ꝓximo ſuo. Hic accipiet bñdi
ctõeȝ a dño: ⁊ miaȝ a deo ſalutari
ſuo. Hec eſt gña cõ q̃rentiū eū:
q̃rentiū facieȝ dei iacob. Attolli
te portas pñcipes vias: ⁊ eleuami
ni porte eternales: ⁊ introibit rex
glorie. Quis eſt iſte rex glorie?
dñs fortis ⁊ potēs: dñs potēs i p̄
lio. Attollite portas pñcipes ve
ſtras: ⁊ eleuamini porte eternales
⁊ introibit rex glorie. Quis eſt
iſte rex glorie? domin⁹ virtutū ipſe
eſt rex glorie. ¶ In finē Ps. dd.
Ad te domīe leuaui aīaȝ meā
de⁹ me⁹ in te cõfido: nõ erube
ſcam. Neq̧ irrideant me inimici
mei: etenī vniuerſi q̇ ſuſtinēt te
nõ cõfūdentur. Confūdant oēs
inīq̃ agētes: ſuperuacue. Vias tu
as dñe demonſtrã mi: ⁊ ſemitas tu
as doce me. Dirige me in verita
te tua ⁊ doce me: q2 tu es de⁹ ſalua
tor me⁹: ⁊ te ſuſtinui tõ die. Re
miniſcē miſeratõnū tuaꝝ dñe: et
miſericordiaꝝ tuaꝝ q̃ a ſeculo ſūt
Delicta iuuentutis mee: ⁊ igno
rãtias meas ne memineris. Se
cūdū miſericordiā tuā memento
mei tu: ꝓpter bonitatē tuā domine
Dulcis ⁊ rect⁹ dñs: ꝓpter hoc le

ges dabit delinquētib⁹ in via. Di
riget manſuetos in iudicio: doce
bit mites vias ſuas. Uniuerſe
vie dñi miſericordia ⁊ veritas: re
q̃rentib⁹ teſtamētuȝ ei⁹ ⁊ teſtimo
nia ei⁹. Propter nomē tuum do
mine ꝓpiciaberis pctõ meo: mul
tum eſt enim. Quis eſt homo q̇
timet dominū: legem ſtatuit ei in
via quā elegit. Anima eius in
bonis demorabit: ⁊ ſemen eius he
reditabit terrā. Firmamentum
eſt domin⁹ timentib⁹ eū: ⁊ teſtamē
tū ipſi⁹ ut manifeſtet illis. Ocu
li mei ſemꝑ ad dñm: quoniā ipſe
euellet de laqueo pedes meos. Re
ſpice in me et miſerere mei: quia
vnic⁹ ⁊ pauꝑ ſum ego. Tribula
tiões cordis mei multiplicate ſunt
de neceſſitatib⁹ meis erue me. Ui
de humilitatē meā ⁊ laboreȝ meū:
⁊ dimitte vniuerſa delicta mea.
Reſpice inimicos meos quoni
am multiplicati ſūt: et odio iniq̊
oderūt me. Cuſtodi animā me
am ⁊ erue me: nõ erubeſcaȝ q̇niaȝ
ſperaui in te. Innocentes ⁊ recti
adheſerūt mihi: q2 ſuſtinui te. Li
bera de⁹ iſrł: ex oĩb⁹ tribulatõni
b⁹ ſuis. ¶ Pſalm⁹ dauid.
Iudica me dñe quoniā ego in in
nocentia mea ingreſſus ſū: ⁊ i do
mino ſperans nõ infirmabor. Pro
ba me dñe ⁊ tempta me: vre rēnes
meos ⁊ cor meū. Qm̄ miſericor
dia tua añ oculos meos ē: ⁊ com
placui in veritate tua. Nõ ſedi
cū cõſilio vanitatis: ⁊ cū iniq̇ gerē
tib⁹ nõ introibo. Odiui eccłiaȝ ma
lignātiū: ⁊ cū impijs non ſedebo.
Lauabo inter innocētes man⁹
meas: ⁊ circūdabo altarē tuū dñe.

Ut audiā vocē laudis:⁊ enarrē
vniuerſa mirābilia tua. Dn̄e di
lexi decorē dom⁹ tue:⁊ locū habi
tacōis glorie tue. Ne pdas cū im
pijs de⁹ animā meā:et cum viris
ſāguinū vitā meam. In quoꝝ
manib⁹ iniq̄tates ſūt:dextera eorū
repleta eſt muneribꝫ. Ego aūt
in innocētia mea ingreſſus ſū:re
dime me ⁊ miſerē mei. Pes me
us ſtetit in directo:in eccleſijs bn̄
dicam te dn̄e. ¶ In finem prius
q̄ liniretur. Pſal. 26.

Dominus illūinacō mea:
⁊ ſalus mea quē time
bo. Dn̄s ꝓtector vite
mee:a q̄ trepidabo.
Dum appropiāt ſuper me nocen
tes:ut edant carnes meas. Qui
tribulant me inimici mei:ipſi īfir
mati ſūt ⁊ ceciderunt. Si ɔſiſtāt
aduerſū me caſtra:non timebit
cor meū. Si exurgat aduſum me
preliū:in hoc ego ſperabo. Unā
petij a dn̄o hanc requirā:ut inhi
tem in domo dn̄i ōnib⁹ diebꝫ vite
mee. Ut videā voluntatē dn̄i:⁊
viſitem tēplum eius. Quoniam
abſcōdit me in tabnaculo ſuo in
die maloꝝ:ꝓtexit me in abſcōdi
to tabnaculi ſui. In petra exal
tauit me:⁊ nunc exaltauit caput
meū ſup inimicos meos. Circu
iui ⁊ imolaui in tabernaculo eius
hoſtiā vociferacōis cātabo ⁊ pſal
mū dicam dn̄o. Exaudi dn̄e vo
cem meā qua clamaui ad te:miſe
rere mei ⁊ exaudi me. Tibi dixit
cor meū exquiſiuit facies mea:fa
ciē tuam dn̄e req̄ram. Ne auertas
faciē tuā a me:ne declines ī ira a
ſeruo tuo. Adiutor me⁹ eſto ne
derelinq̄s me:neq̄ deſpicias me
de⁹ ſalutaris me⁹. Qm̄ pať me⁹
⁊ mať mea dereliq̄runt me:dn̄s
autē aſſumpſit me. Legē pone
mihi dn̄e in via tua:⁊ dirige me ī
ſemita recta ꝓpter inimicos meos.
Ne tradideris me in aīas tri
bulantiū me:quoniā inſurrexerūt
in me teſtes iniq̄:⁊ mentita ē iniq̄
tas ſibi. Credo videre bona dn̄i:
in terra viuentiū. Expecta dn̄m
viriliter age:⁊ cōfortetur cor tuum
⁊ ſuſtine dominū. ¶ Ps. 27.

Ad te dn̄e clamabo deus me⁹
ne ſileas a me:ne quādo ta
ceas a me:⁊ aſſimilabor deſcēdentibꝫ
in lacum. Exaudi dn̄e vocē ora
cōis mee dū oro ad te:dum extol
lo man⁹ meas ad tēplum ſāctū
tuū. Ne ſimul tradas me cū pec
catorib⁹:⁊ cū opantib⁹ iniquita
tē ne pdas me. Qui loquuntur
pacē cū primo ſuo:mala autē in
cordib⁹ eoꝝ. Da illis ſm̄ opera
eoꝝ:⁊ ſcd̄m neq̄ciā adinuencio
nū ipſoꝝ. Scd̄m opa manuū
eorū tribue illis:redde retribucio
nē eoꝝ ipſis. Qm̄ non intellexe
rūt opa dn̄i ⁊ in opa manuū ei⁹:
deſtrues illos ⁊ nō edificabis eos.
Bn̄dictus dn̄s:qm̄ exaudiuit vo
cē deprecacōis mee. Dn̄s adiu
tor me⁹ ⁊ ꝓtector me⁹:⁊ ī ipſo ſpe
rauit cor meū ⁊ adiutus ſū. Et
refloruit caro mea:⁊ ex voluntate
mea cōfitebor ei. Dn̄s fortitudo
plebis ſue:⁊ ꝓtector ſaluacōnū
xp̄i ſui eſt. Saluū fac populū tu
um dn̄e ⁊ bn̄dic hereditati tue:et
rege eos et extolle illos vſq̄ in
eternum.

¶ Pſalmꝰ dauid in ꝯſūmaꝯōne tabernaculi.

Afferte dño filij dei: afferte
dño filios arietū. Afferte
dño gloriā ⁊ honorē: afferte dño
gloriā nomini eiꝰ adorate dñm in
atrio ſcō eiꝰ. Vox dñi ſuper
aq̄s: deꝰ maieſtatis intonuit: dñs
ſup aq̄s multas. Vox dñi ī vtu
te: vox dñi in magnificētia. Vox
dñi ꝯfringētis cedros: ⁊ ꝯfringet
dñs cedros libani. Et comminuet
eos tanq̄ vitulū libani: ⁊ dilectus
queadmodū filiꝰ vnicornium. Vox
dñi intercidētis flāmā ignis: vox
dñi ꝯcutientis deſertū: ⁊ ꝯmouebit
dñs deſertū cades. Vox dñi pre
parantis ceruos ⁊ reuelabit ꝯdēſa:
⁊ in tēplo eiꝰ oīs dicēt gliam. Dñs
diluuiū inhitare facit: ⁊ ſedebit
dominꝰ rex in eternū. Dñs virtu
tē populo ſuo dabit: dominꝰ bñdi
cet pplo ſuo in pace. ¶ Ps. canti
ci in dedicacōe domꝰ.

Exaltabo te domie qm̄ ſuſce
piſti me: nec delectaſti inimi
cos meos ſup me. Domine deꝰ
meꝰ clamaui ad te: ⁊ ſanaſti me.
Domine eduxiſti ab inferno aī
mā meā: ſaluaſti me a deſcēdenti
bꝰ ī lacum. Pſallite dño ſancti
eius: ⁊ ꝯfitemini memorie ſcītatis
eiꝰ. Qm̄ ira in indignacōe eius: et
vita in voluntate eiꝰ. Ad veſpe
rū demorabit̄ fletus: ⁊ ad matuti
num leticia. Ego aūt dixi ī abū
dantia mea: nō mouebor ī eternū
Dñe: in volūtate tua pſtitiſti de
cori meo virtutē. Auertiſti faciē
tuā a me: ⁊ factꝰ ſū ꝯturbatꝰ. Ad
te dñe clamabo: ⁊ ad deū meū de
pcabor. Que vtilitas in ſāguine
meo: dū deſcēdo ī corrupcōē. Nū
q̄d ꝯfitebit̄ tibi puluis: aut ānūti
abit veritatē tuā. Audiuit dñs
⁊ miſertus ē mei: dñs factꝰ eſt ad
iutor meꝰ. Conuertiſti planctū
meū in gaudiū m̄: ꝯſcidiſti ſaccū
meū ⁊ circūdediſti me leticia. Vt
cātet tibi gloria mea ⁊ nō cōpun
gar: dñe deꝰ meꝰ in eternū confite
bor tibi. ¶ In finē Ps. dd. p extaſi

In te dñe ſperaui nō ꝯfūdar in et
nū: in iuſticia tua libera me. In
clina ad me aurē tuā: accelera ut
eruas me. Eſto m̄ in deū ptecto
rē ⁊ in domū refugij: ut ſaluū me
facias. Qm̄ fortitudo mea ⁊ refu
giū meū es tu: ⁊ ppt nomē tuū de
duces me ⁊ enutries me. Educes
me de laq̄o quē abſcōderūt mihi
qm̄ tu es ptector meꝰ. In manꝰ
tuas cōmendo ſpiritū meū: redemi
ſti me dñe deꝰ veritatis. Odiſti
obſeruantes vanitates: ſuperua
cue. Ego autē in dño ſperaui: ex
ultabo ⁊ letabor ī miſericordia tua
Quoniā reſpexiſti hūilitatē meā:
ſaluaſti de neceſſitatibꝰ animam
meā. Nec ꝯcluſiſti me ī manibꝰ
inimici: ſtatuiſti in loco ſpacioſo
pedes meos. Miſerere mei domie
quoniā tribulor: ꝯturbatꝰ ē in ira
oculꝰ meꝰ: aīa mea ⁊ vēter meꝰ.
Quoniā defecit ī dolore vita mea
⁊ anni mei in gemitibꝰ. Infirmita
ē in paupertate virtus mea: ⁊ oſſa
mea cōturbata ſunt. Sup ōnes
inimicos meos fcūs ſū obprobriū
⁊ vicinis meis valde: ⁊ timor notis
meis. Qui videbāt me forās fuge
rūt a me: obliuiōi datꝰ ſum tanq̄
mortuꝰ a corde. Factus ſū tanq̄ vas
pditū: quoniā audiui vitupacōē

multorū cōmo

multoꝝ ꝯmorantiū in circuitu·
In eo dum ꝯuenirent ſimul ad
uerſū me:accipe aīam meā ꝯſili
ati ſunt·Ego autē in te ſperaui
dñe:dixi deus me⁹ es tu:ī manib⁹
tuis ſortes mee·Eripe me de ma
nu inimicoꝝ meoꝝ:⁊ a pſequēti
bus me·Illuſtra faciē tuā ſup
ſeruū tuum:ſaluū me fac in miſēi
cordia tua:dñe nō ꝯfundar qm̄
inuocaui te·Erubeſcāt impij et
deducant̄ in infernū:muta fiāt la
bia doloſa·Que loquūtur adū
ſus iuſtū iniq̄tatem:in ſupbia ⁊ ī
abuſione·Quā magna multitu
do dulcedinis tue dñe:quā abſcō
diſti timentib⁹ te·Perfeciſti eis
qui ſperāt in te:in conſpcū filioꝝ
hoim·Abſcondes eos in abſcō
dito faciei tue:a conturbatiōe ho
minū·Proteges eos in taberna
culo tuo:a contradictōe liguaꝝ·
Bnidictus dñs:qm̄ mirificauit
miſericordiā ſuaꝫ mihi:ī ciuitate
munita·Ego autē dixi ī exceſſu
mentis mee:pſiect⁹ ſū a facie ocu
loꝝ tuoꝝ·Ideo exaudiſti vocē
orōis mee:dū clamarē ad te·Di
ligite dñm ōnes ſācti ei⁹:quoniā
veritatē req̄ret dñs:⁊ retribuet
abūdāt facientibus ſupbiā·Viri
liter agite ⁊ ꝯfortet̄ cor vr̄m:oēs
q̄ ſperatis ī dño·¶Intellcūs dd.
Beati quoꝝ remiſſe ſunt iniq̄
tates:⁊ quoꝝ tecta ſūt pc̄tā
Beatus vir cui nō iputauit do
min⁹ peccatū:nec eſt in ſpū ei⁹ do
lus·Quoniā tacui inueterauerūt
oſſa mea:dum clamarē tota die·
Qm̄ die ac nocte grauata ē ſup
me man⁹ tua:ꝯuerſus ſū ī erūna
mea dū ꝯfigit̄ ſpina·Delictū
meū cognitū tibi feci:⁊ iniuſticiā
meā non abſcōdi·Dixi confite
bor aduerſū me iniuſticiā meam
dño:⁊ tu remiſiſti impietatē pcī
mei·Pro hac orabit ad te oīs
ſanct⁹:in tempe oportuno·Ve
rūtamē ī diluuio aquaꝝ multarū
ad eū non approximabūt·Tu
es refugiū meuꝫ a tribulatione q̄
circūdedit me:exultatio mea erue
me a circūdantib⁹ me·Intelle
ctum tibi dabo ⁊ inſtruā te:ī via
hac q̄ gradieris firmabo ſuper te
oculos meos·Nolite fieri ſicut
equ⁹ ⁊ mulus:quib⁹ non ē itelle
ctus·In chamo ⁊ freno maxil
las eorū ꝯſtringe:q̄ non appro
ximāt ad te·Multa flagella pec
catoris:ſperātē autē ī dño miſeri
cordia circumdabit·Letamini ī
dño et exultate iuſti:et gloriami
ōnes recti corde·¶In fine Ps·dd.
Exultate iuſti in dño:rectos
decet laudacō·Confitemi
ni dño in cithara:ī pſalterio decē
cordaꝝ pſallite illi·Cantate ei
canticū nouū:bene pſallite ei ī vo
ciferaciōe·Quia rectum ē vbuꝫ
dñi:⁊ oīa opa eius ī fide·Diligit
miſericordiā ⁊ iudiciū:miſericor
dia dñi plena ē terra·Verbo do
mini celi firmati ſunt:⁊ ſpū oris
eius ōnis virtus eoꝝ·Congre
gans ſicut in vtre aquas maris:
ponēs in theſauris abiſſos·Ti
meat dñm ōnis terra:ab eo autē
ꝯmoueant̄ ōnes inhabitantes
orbē·Quoniā ipſe dixit ⁊ facta
ſunt:ipſe mādauit ⁊ creata ſunt
Dñs diſſipat ꝯſilia gentiū:re
probat autē cogitatiōes populo
rū:⁊ reprobat ꝯſilia principuꝫ·

Consiliũ autẽ dñi in eternum
manet: cogitacões cordis eiꝰ in
gñacõne ⁊ gñacõez. Beatã gens
cuiꝰ est dñs deꝰ eiꝰ: populꝰ quem
elegit in hẽditatẽ sibi. De celo
respexit dñs: vidit oēs filios ho
minũ. De prepato hitaculo suo:
respexit sup oēs q̃ hitant terraꝫ.
Qui finxit singillati corda eoꝝ:
q̃ intelligit oĩa opa eorũ. Non
saluaẽ rex p multam v̉tutez: ⁊ gy
gas nõ saluabiẽ in multitudie v̉
tutis sue. Fallax equꝰ ad salutẽ
in abundãtia autẽ v̉tutis sue nõ
saluabiẽ. Ecce oculi dñi super
metuẽtes eũ: ⁊ in eis q̃ sperãt sup
mĩa eiꝰ. Ut eruat a morte aĩas
eoꝝ: ⁊ alat eos in fame. Anima
nostrã sustinet dñm: qm̃ adiutor
⁊ ꝓtector noster est. Quia ĩ eo le
tabitur cor nr̃m: ⁊ in noĩe scõ eiꝰ
speȧuimꝰ. Fiat mĩa tua dñe su
per nos: queãdmodũ sperauimꝰ
in te. ¶ Ps. dd cũ mutauit vultũ
suũ corã abimelech ⁊ dimisit euz
⁊ abijt.

Benedicã dñm in oĩ tempoẽ
sẽp laus eiꝰ in ore meo. In
dño laudabiẽ aĩa mea: audiãt
mãsueti ⁊ letẽtur. Magnificate
dñm mecũ: ⁊ exaltemꝰ nomẽ eius
in idipsuꝫ. Exq̃siui dñm ⁊ exau
diuit me: ⁊ ex oĩbꝰ tribulacõni
bus meis eripuit me. Accedite
ad eũ ⁊ illumiãmini: ⁊ facies vr̃e
nõ cõfũdẽtur. Iste paup clama
uit ⁊ dñs exaudiuit eũ: ⁊ de oĩbꝫ
tribulacõibꝰ eius saluauit eum.
Immittet ãgelus dñi ĩ circuitu
timẽtiũ eũ: ⁊ eripiet eos. Gusta
te ⁊ videte qm̃ suauis est dñs: bea
tꝰ vir q̃ sperat in eo. Timete do
minũ oēs scĩ eiꝰ: qm̃ nõ est ino
pia timẽtibꝰ eũ. Diuites eguerũt
⁊ esurierũt: inq̃rentes autez dñm
nõ minuentur oĩ bono. Veni
te filij audite me: timorẽ dñi doce
bo vos. Quis est hõ qui vult vi
tã: diligit dies videre bonos. Pro
hibe linguã tuaꝫ a malo: ⁊ labia
tua ne loquãtur dolũ. Diuerte
a malo ⁊ fac bonũ: inq̃re pacẽ ⁊ ꝑ
sequẽ eaꝫ. Oculi dñi sup iustos
⁊ aures eiꝰ in preces eoꝝ. Vultꝰ
aũt domĩ sup faciẽtes mala: ut ꝑ
dat de terra memoriã eoꝝ. Cla
mauerũt iusti ⁊ dñs exaudiuit
eos: ⁊ ex oĩbꝰ tribulacõibꝰ eoꝝ
liberãuit eos. Iuxta ẽ dñs hijs
qui tribulato sũt corde: ⁊ hũiles
spũ saluabit. Multe tribulacões
iustoꝝ: ⁊ de hijs oĩbꝫ liberãbit eos
dñs. Custodit dñs oĩa ossa
eoꝝ: vnũ ex hijs nõ ꝯterẽtur. Mors
pctõrũ pessiã: ⁊ q̃ oderũt iustũ deli
quẽt. Redimet dñs aĩas seruo
rũ suoꝝ: ⁊ nõ delinquẽt oẽs q̃ spe
rãt in eo. ¶ In finẽ Ps. dd.

Iudica domine nocentes me: ex
pugna ĩpugnãtes me. Appreẽde
arma ⁊ scutũ: ⁊ exurge in adiu
toriũ mihi. Effunde frameaꝫ et
cõclude aduersus eos q̃ ꝑsequũẽ
me: dic aĩe mee salus tua ego sũ.
Confundanẽ et reuereanẽ: que
rentes animã meã. Auertantur
retrorsũ et cõfundãtur: cogitan
tes mihi mala. Fiant tanq̃ pul
uis ante faciẽ venti: et ãgelꝰ domi
ni coartãs eos. Fiat via illorũ
tenebre et lubricũ: et angelꝰ dñi
ꝑsequens eos. Quoniã gr̃tis ab
scondeũt mihi interitũ laquei sui:
superuacue exprobrẽuerẽt aĩaꝫ meã

Ueniat illi laqueꝰ quē ignorāt
⁊ captio quā abſcōdit apprehen
dat eū: ⁊ in laqueū cadat in ipſū
Anima autē mea exultabit i do
mino: ⁊ delectabitur ſup ſalutari
ſuo. Omnia oſſa mea dicēt: do
mine q̄s ſimilis tibi. Eripiens
inopem de manu fortiorū eius: ege
nū ⁊ pauperē a diripientibꝰ eū.
Surgentes teſtes iniq̄: q̄ igno
rabāt interrogabāt me. Retribu
ebant mihi mala ꝓ bonis: ſterili
tatē aīe mee. Ego autē cū mi
hi moleſti eēnt: induebar cilicō.
Humiliabā i ieiunio aīaꝫ me
am: ⁊ oracō mea in ſinu meo cōūe
tetur. Quaſi ꝓximū quaſi frēm
nrm ſic cōplacebā: quaſi lugens
⁊ cōtriſtatus ſic hūiliabar. Et
aduerſū me letati ſūt ⁊ ↄuenerūt:
ↄgregata ſunt ſup me flagella et
ignoraui. Diſſipati ſunt nec cō
puncti: tēptauerūt me ſubſānaue
runt me ſubſannacōe: frenduerūt
ſup me dētibus ſuis. Dn̄e quan
do reſpicies: reſtitue aīaꝫ meam
a malignitate eoꝝ: a leonibꝰ vni
cam meā. Confitebor tibi i eccle
ſia magna: in ꝑplo graui lauda
bo te. Non ſupgaudeāt mihi q̄
aduerſant̄ m̄ iniq̄: q̄ oderūt me gr̄
tis ⁊ annuūt oculis. Qm̄ mihi
quidē pacifice loq̄bantur: ⁊ i ira
cundia terre loquentes dolos co
gitabāt. Et dilatauerūt ſup me
os ſuū: dixerūt euge euge viderūt
oculi noſtri. Vidiſti dn̄e ne ſile
as: dn̄e ne diſcedas a me. Exur
ge ⁊ intende iudicō meo deꝰ meꝰ:
⁊ dn̄s meꝰ in cauſā meā. Iudi
ca me ſcd̄m iuſticiā tuā dn̄e de
us meꝰ: ⁊ non ſupgaudeāt mihi.
Non dicant in cordibꝰ ſuis euge
euge anime nr̄e: nec dicāt deuorā
bimꝰ eum. Erubeſcāt ⁊ reuereā
tur ſimul: q̄ gratulant̄ malis me
is. Induantur cōfuſiōe ⁊ reue
rentia: qui maligna loquūtur ſu
ꝑ me. Exultēt ⁊ letentur qui vo
lunt iuſticiā meā: ⁊ dicant ſemꝑ
magnificet̄ dn̄s q̄ volunt pacem
ſerui eiꝰ. Et lingua mea medita
bitur iuſticiā tuā: tota die laudē
tuā. In finē ſeruo dn̄i dauid.
Dixit iniuſtꝰ ut delinquat in
ſemetipſo: nō eſt timor dei
ante oculos eiꝰ. Qm̄ doloſe egit
in cōſpectu eiꝰ: ut inueniat̄ iniqui
tas eius ad odiū. Verba oris
eiꝰ iniq̄tas ⁊ dolus: noluit intelli
gere ut bn̄ ageret. Iniquitatē
meditatꝰ eſt in cubili ſuo: aſtitit
ōni vie nō bone: maliciā autē nō
odiuit. Dn̄e i celo miſericordia
tua: ⁊ veritas tua vſqꝫ ad nubes.
Iuſticia tua ſicut mōtes dei: iu
dicia tua abiſſus multa. Homi
nes ⁊ iumēta ſaluab dn̄e: quēad
modū multiplicaſti miſericordiā
tuā deꝰ. Filij autē hominū: i teg
mine alarū tuaꝝ ſperabunt. In
ebriabunt̄ ab vbertate domꝰ tue
⁊ torrente voluptatis tue potabis
eos. Qm̄ apud te ē fons vite: ⁊
in lumine tuo videbimꝰ lumen.
Pretēde miſericordiā tuā ſcienti
bus te: ⁊ iuſticiā tuam hijs q̄ re
cto ſunt corde. Non veniat mihi
pes ſupbie: ⁊ manꝰ peccatoris nō
moueat me. Ibi ceciderūt q̄ ope
rant̄ iniq̄tatē: expulſi ſūt nec po
tuerūt ſtare. Pſ. ipſi dd.
Noli emulari in malignanti
bꝰ neqꝫ zelaueris facientes

iniq̄tatē. Quoniā tanꝗ̄ fenū ve
lociter areſcēt: ⁊ queadmodum
olera herbaꝝ cito decidēt. Spera
in dn̄o ⁊ fac bonitatē: ⁊ inhabita
terrā ⁊ paſceris in diuicijs eius.
Delectare in dn̄o: ⁊ dabit tibi pe
ticiōes cordis tui. Reuela dn̄o
viam tuā ⁊ ſpera in eo: et ipſe fa
ciet. Et educet quaſi lumen iu
ſticiā tuā et iudiciū tuum tanꝗ̄
meridiē: ſubditus eſto dn̄o ⁊ ora
eum. Noli emulari in eo qui ꝓ
ſperat̄ in via ſua: in hoīe faciēte in
iuſticias. Deſine ab ira ⁊ dereli
que furorē: noli emulari ut malig
neris. Quoniā qui malignant̄
exterminabūtur: ſuſtinentes au
tē dn̄m ipſi hereditabūt terram.
Et adhuc puſillū ⁊ nō erit pec
cator: ⁊ queres locū ei⁹ ⁊ nō inue
nies. Manſueti autē hereditabūt
terrā: ⁊ delectabūtur in multitudi
ne pacis. Obſeruabit pctōr iu
ſtum: ⁊ ſtridebit ſup eum dentib⁹
ſuis. Dn̄s autē irridebit eū: qm̄
ꝓſpicit ꝙ veniet dies ei⁹. Gladi
um euaginauerūt peccatores: itē
derūt arcū ſuū. Ut decipiāt paupeꝛ
⁊ inopē: ut trucidēt rectos corde
Gladi⁹ eorū intret in corda ip
ſorū: ⁊ arcus eoꝝ cōfringat̄. Me
lius eſt modicū iuſto: ſup diuici
as peccatoꝝ multas. Quoniā
brachia peccatorū cōterentur: cō
firmat aūt iuſtos dn̄s. Nouit
dn̄s dies immaculatorū: ⁊ heredi
tas eoꝝ in etnū erit. Non ɔfūdent̄
in tēpore malo: et in dieb⁹ famis
ſaturabūtur: ꝗꝛ peccatores pibūt
Inimici vero dn̄i mox ut hono
rificati fuerint ⁊ exaltati: deficien
tes queadmodū fum⁹ deficient.

Mutuabit̄ pctōr ⁊ nō ſoluet: iuſt⁹
autē miſeret̄ ⁊ tribuet. Quia be
nedicētes ei hereditabūt terram:
maledicētes autē ei diſperibunt.
Apud dn̄m greſſus hominis di
rigetur: ⁊ via ei⁹ volet. Cū ceci
derit nō collidet̄: ꝗꝛ dn̄s ſupponit
manū ſuā. Iunior fui etenī ſenui ⁊
nō vidi iuſtū derelictū: nec ſemē
eius querēs panem. Tota die
miſeretur ⁊ comodat: ⁊ ſemē illi
us in benedictiōe erit. Declina
a malo ⁊ fac bonū: ⁊ inhabita in
ſeculū ſeculi. Quia dn̄s amat iu
dicium et nō derelinquet ſāctos
ſuos: in eternū cōſeruabūtur. In
iuſti puniēt̄: ⁊ ſemē ipioꝝ pibit
Iuſti autē hereditabūt trā: ⁊ in
habitabūt in ſeculū ſeculi ſup eā
Os iuſti meditabit̄ ſapiētiā: ⁊ li
gua eius loq̄tur iudiciū. Lex dī
ei⁹ in corde ip̄i⁹: ⁊ nō ſupplantabū
tur greſſus ei⁹. Conſiderat pec
cator iuſtū: ⁊ querit mortificarē eū
Domin⁹ autē non derelinquet
eum in manibus ei⁹ nec damnabit
cū iudicabit̄ illi. Expecta dn̄m ⁊
cuſtodi viā ei⁹: et exaltabit te ut
hēditate capias terrā cū pierint
pctōres videb. Vidi impiū ſup
exaltatū: et eleuatū ſic cedros li
bani. Et trāſiui et ecce nō erat
⁊ q̄ſiui eū ⁊ nō eſt inuētus locus
eius. Cuſtodi innocētiam ⁊ vi
de eq̄tatē: qm̄ ſunt reliquie homi
pacifico. Iniuſti āt diſperibūt:
ſimul reliquie impiorū interibūt
Salus autē iuſtorū a domino:
⁊ ꝓtector eorū in tempe tribulaci
onis. Et adiuuabit eos dn̄s ⁊ li
berabit eos: ⁊ eruet eos a pctōri
bꝫ: ⁊ ſaluabit eos ꝗꝛ ſperauerūt in eo

¶ Pſ. 37. In rememoratiōe ſabbati.

Domine ne ī furore tuo argu
as me: neq̄ ī ira tua corripi
as me. Quoniā ſagitte tue inſi
xe ſunt m̄: ⁊ confirmaſti ſuper me
manū tuā. Non eſt ſanitas in
carne mea a facie ire tue: non eſt
pax oſſibus meis a facie pc̄tōꝝ
meoꝝ. Quoniā iniq̄tates mee
ſupgreſſe ſūt caput me: ⁊ ſic̄ onꝰ
graue grauate ſūt ſup me. Putru
erūt ⁊ corrupte ſūt cicatrices mee:
a facie inſipiētie mee. Miſer fac̄s
ſū ⁊ curuatus ſū vſq̄ in finem: to
ta die contriſtatus ingrediebar.
Qm̄ lumbi mei impleti ſūt illuſi
onibꝰ: ⁊ nō eſt ſanitas in carne
mea. Afflictꝰ ſū ⁊ humiliatus ſū
nimis: rugiebā a gemitu cordis
mei. Dn̄e ante te ōne deſideriū
meū: ⁊ gemitus meꝰ a te nō ē ab
ſconditꝰ. Cor meū cōturbatū
ē dereliquit me virtꝰ mea: ⁊ lumē
oculoꝝ meoꝝ ⁊ ipſū nō ē mecū.
Amici mei ⁊ proximi mei: aduerſū
me appropinq̄uerūt ⁊ ſteterunt.
Et qui iux̄ me erant de lōge ſte
terūt: ⁊ vim faciebant q̄ q̄rebant
aīam meā. Et q̄ inquirebant
mala m̄ locuti ſūt vanitates: ⁊ do
los tota die meditabant̄. Ego
autē tanq̄ ſurdus nō audiebā:
⁊ ſicut mutus nō aperiēs os ſuū.
Et factus ſū ſicut homo nō au
diēs: ⁊ nō habēs in ore ſuo redar
gutiōes. Qm̄ in te dn̄e ſperaui:
tu exaudies dn̄e deꝰ meus. Quia
dixi ne quādo ſupgaudeāt m̄ ini
mici mei: ⁊ dum cōmouētur pedes
mei ſup me mag̃ locuti ſūt. Qm̄
ego ī flagella parꝰ ſū: ⁊ dolor me
us in conſpcū meo ſemp. Qm̄
iniq̄tatem meā annūtiabo: ⁊ cogi
tabo p pcc̄ō meo. Inimici autē
mei viuūt et cōfirmati ſūt ſuper
me: ⁊ multiplicati ſūt qui oderūt
me inique. Qui retribuūt mala
p bonis detrahebant m̄: qm̄ ſeq
bar bonitatē. Ne derelinq̄s me
dn̄e deꝰ meꝰ: ne diſceſſeris a me.
Intēde in adiutoriū meum: do
mine deꝰ ſalutis mee.

¶ In finem p ydithun canticum dauid.

Dixi cuſtodiā vias
meas: ut nō delinquā
in lingua mea. Po
ſui ori meo cuſtodi
am: cū cōſiſteret pec
cator aduerſū me. Obmutui et
humiliatꝰ ſum ⁊ ſilui a bonis: et
dolor meꝰ renouatus ē. Concalu
it cor meū intra me: ⁊ in meditati
one mea exardeſcet ignis. Locu
tus ſū in lingua mea. notū fac mi
hi dn̄e finem meū. Et numerū
dierū meoꝝ qui ē. ut ſciam quid
deſit mihi. Ecce menſurabiles
poſuiſti dies meos: ⁊ ſubſtantia
mea tanq̄ nihilū ante te. Verū
tamē vniuerſa vanitas: omīs ho
mo viuens. Verūtamē in yma
gine ptrāſit homo: ſed ⁊ fruſtra
cōturbat̄. Theſaurizat: ⁊ igno
rat cui cōgregabit ea. Et nūc q̄
eſt expectacō mea nōne dn̄s. et
ſubſtātia mea apud te ē. Ab oī
bꝰ iniq̄tatibus meis erue me: ob
probriū inſipiēti dediſti me. Ob
mutui ⁊ nō aperui os meū: qm̄ tu
feciſti amoue a me plagas tuas.
A fortitudine manꝰ tue ego de
feci in increpacōibꝰ: ꝓpter iniq̄ta
tē corripuiſti hominē. Et tabeſce
re feciſti ſicut araneā animā eius:

veꝝtamē vane ꝯturbatur ōnis
hō. Exaudi oracōez meā dn̄e
⁊ dep̄cacōez meā: auribꝰ ꝑcipe
lacrimas meas. Ne ſileas quo
niā aduena ego ſū apud te: ⁊ pe
grinꝰ ſic ōnes p̄res mei. Remit
te mihi ut refrigerer p̄uſq̄ abeā:
⁊ ampliꝰ nō ero.

¶ In finē Ps̄. dd.

Expectans expectaui dn̄m: ⁊
intendit mihi. Et exaudi
uit preces meas: ⁊ eduxit me de la
cu miſerie ⁊ de luto fecis. Et ſta
tuit ſup̄ petrā pedes meos: ⁊ direxit
greſſus meos. Et immiſit i os
meū canticū nouū: carmē deo nr̄o
Videbūt multi ⁊ timebunt: ⁊ ſpe
rabunt in dn̄o. Beatꝰ vir cu
ius ē nomen dn̄i ſpes eiꝰ: ⁊ nō re
ſpexit in vanitates ⁊ inſanias fal
ſas. Multa feciſti tu dn̄e deꝰ meꝰ
mirabilia tua: ⁊ cogitacōibꝰ tuis
Uoce mea ad dn̄m clamaui: voce mea ad deum ⁊ intēdit mihi. In die tribulatiōis mee: deum exquiſiui manibꝰ meis nocte contra eū: ⁊ nō ſum deceptus. Renuit conſolari aīa mea: memor fui dei ⁊ delectatus ſum: et exercitatus ſū ⁊ defecit ſpūs meus. Anticipauerūt vigilias oculi mei: turbatus ſū ⁊ nō ſum locutꝰ Cogitaui dies ātiquos: ⁊ ānos eternos in mēte habui. Et meditatus ſū nocte cū corde meo: et exercitabar ⁊ ſcopebā ſpm̄ meū Nunq̄d in eternū ꝓiciet deꝰ: aut non apponet ut ↄplacitior ſit adhuc. Aut in finem miſericordiam ſuā abſcidet: a gn̄acōe in generacōem. Aut obliuiſcet̄ miſereri deꝰ: aut cōtinebit in ira ſua miſericordias ſuas. Et dixi nūc cepi: hec mutatio dextere excelſi. Memor fui opeꝝ dn̄i: q̄ memor ero ab initio mirabiliū tuorum. Et meditabor in ōmibus operibus tuis: ⁊ ī adinuētiōibꝰ tuis exercebor. Deus in ſācto via tua: quis deus magnꝰ ſicut deus nr̄. tu es deus qui facis mirabilia. Notam feciſti in ꝓplis virtutē tuam: redemiſti in brachio tuo populū tuū: filios iacob ⁊ ioſeph.

Uiderūt te aque deꝰ viderunt te aque ⁊ timuerūt: ⁊ turbate ſunt abiſſi. Multitudo ſonitꝰ aquaꝝ vocem dederūt nubes. Etenī ſagitte tue tranſeunt: vox tonitrui tui in rota. Illuxerūt choruſcatiōes tue orbi terre: ↄmota ē ⁊ cōtremuit terra. In mari via tua ⁊ ſemite tue in aquis multis: ⁊ veſtigia tua nō cognoſcētur. Deduxiſti ſicut oues populū tuū: in manu moyſi ⁊ aarō.

Jntellcūs aſaph.

Attendite popule meꝰ legem meā: inclinate aurem veſtram ī verba oris mei. Aperiā in parabolis os meū: loquar ꝓpoſicōes ab initio. Quanta audiuimꝰ et cognouimꝰ ea: ⁊ prēs noſtri narrauerūt nobis. Non ſūt occultata a filijs eoꝝ: in generacōe altera. Narrantes laudes dn̄i ⁊ virtutes eius: ⁊ mirabilia eiꝰ que fecit. Et ſuſcitauit teſtimoniū in iacob: ⁊ legem poſuit ī iſrl̄. Quāta mādauit prībus nr̄is nota facere ea filijs ſuis: ut ↄgnoſcat generacō altera. Filij qui naſcentur ⁊ exurgēt: ⁊ narrabunt filijs ſuis. Ut ponant in deo ſpem ſuā ⁊ nō obliuiſcātur opeꝝ dei: ⁊ mādata eius exq̄rant. Ne fiant ſicut prēs eoꝝ: generacō puā ⁊ exaſperās. Generacio que nō direxit cor ſuū: ⁊ non ē creditus cū deo ſpiritus eiꝰ. Filij effrem intēdētes ⁊ mittētes arcum: conuſi ſunt in die belli. Non cuſtodierūt teſtamentū dei: ⁊ in lege eiꝰ noluerunt ambulare. Et obliti ſunt bn̄factorū eius: et mirabiliū eius que oſtēdit eis. Coram prībus eorū

fecit mirabilia in terra egipti: ī cā
po thaneos. Interrupit mare ⁊
perduxit eos: ⁊ ſtatuit aq̄s q̄ſi in
utre. Et deduxit eos in nube di
ei: ⁊ tota nocte ī illumīacōe ignis
Interrupit petrā in heremo: et
adaq̄uit eos velut in abiſſo mul
ta. Et eduxit aquā de petra: ⁊ de
duxit tanq̄ flumia aquas. Et
appoſuerūt adhuc peccare ei: ī irā
excitauerūt excelſū in inaquoſo.
Et tēptauerūt deū ī cordibꝰ ſuis
ut peterēt eſcas aīabꝰ ſuis. Et
male locuti ſūt de deo: dixerunt nū
quid poterit deꝰ parare mēſam ī
deſerto. Qm̄ pcuſſit petrā ⁊ flux
erunt aque: ⁊ torrentes inūdaue
runt. Nunq̄d ⁊ panē poterit da
re: aut pare menſā populo ſuo.
Ideo audiuit dn̄s ⁊ diſtulit: et
ignis accēſus eſt ī iacob: ⁊ ira aſcē
dit iſrl. Quia nō crediderūt in
deo: nec ſperauerūt ī ſalutari eius
Et mādauit nubibꝰ deſuper: ⁊
ianuas celi apuit. Et pluit illis
māna ad mādūcandū: ⁊ panē
celi dedit eis. Panē āgelorū mā
ducauit homo: cibaria miſit eis ī
abundācia. Tranſtulit auſtrū
de celo: et induxit ī virtute ſua af
fricū. Et pluit ſup eos ſicut pul
uerem carnes: ⁊ ſicut arenā maris
volatilia pēnata. Et ceciderūt ī
medio caſtrorū eorū: circa tabna
cula eorū. Et māducauerunt et
ſaturati ſūt nimis: et deſideriū eo
rum attulit eis: nō ſūt fraudati a
deſiderio ſuo. Adhuc eſce eoruz
erant in ore ipſoꝝ: ⁊ ira dei aſcen
dit ſup eos. Et occidit pigues
eoꝝ: ⁊ electos iſrl impediuit. In
ōibꝰ hijs peccauerūt adhuc: et
nō crediderūt ī mirabilibꝰ eius.
Et defecerūt ī vanitate dies eoꝝ
⁊ āni eorū cū feſtiacōe. Cū occi
deret eos querebāt eū: et reuerte
bātur et diluculo veniebāt ad eū
Et rememorati ſūt q2 deꝰ adiu
tor ē eorū: et deꝰ excelſus redēptor
eorū eſt. Et dilexerūt eū in ore
ſuo: et lingua ſua mentiti ſunt ei.
Cor autē eorū nō erat rectū cum
eo: nec fideles hīti ſunt ī teſtamen
to eius. Ipſe aūt eſt miſericors
⁊ ppicius fiet pctīs eoruz: et non
diſperdet eos. Et abūdauit ut
auerteret irā ſuam: et nō accēdit
ōnem iraz ſuā. Et recordatus ē
q2 caro ſunt: ſpūs vadens et nō
rediens. Quociēs exacerbauerūt
eū in deſerto: in iraz concitauerūt
eum ī inaquoſo. Et conuerſi
ſunt ⁊ temptauerūt deū: ⁊ ſanctū
iſrl exacerbauerunt. Non ſūt
recordati manꝰ eiꝰ: die qua rede
mit eos de manu tribulantis. Si
cut poſuit in egipto ſigna ſua: et
pdigia ſua in campo thaneos.
Et conuertit in ſāguinē flumia eo
rū: ⁊ ymbres eorū ne biberēt. Mi
ſit ī eos cynomiā ⁊ comedit eos:
⁊ ranam ⁊ diſpdidit eos. Et de
dit erugini fructꝰ eoꝝ: ⁊ labores
eoruz locuſte. Et occidit in grā
dine vineas eoꝝ: ⁊ moros eoꝝ ī
pruina. Et tradidit grādini iu
mēta eoꝝ: ⁊ poſſeſſionē eoꝝ igni
Miſit in eos irā indignacōis ſue:
indignacōez ⁊ irā ⁊ tribulacōnē
immiſſiōes p āgelos malos. Ui
am fecit ſemite ire ſue: nō pepercit
a morte animarum eorū: ⁊ iumen
ta eorum in morte concluſit. Et
pcuſſit ōne primogenitū in terra

egypti:p̄micias ōis laboris eo
rū in tabernaculis cham. Et ab
ſtulit ſicut ouis populū ſuū:ꝛ per
duxit eos tanq̄ gregē in deſerto.
Et deduxit eos in ſpe ꝛ nō timu
erūt:ꝛ inimicos eoꝝ operuit mare.
Et induxit eos in mōtem ſācti
ficacōis ſue:mōtem quē acq̄ſiuit
dextera eius. Et eiecit a facie eo
rū gētes:ꝛ ſorte diuiſit eis terrā i
funiculo diſtribucōis. Et habi
tarē fecit in tabernaculis eoꝝ:tribꝰ
iſrahel. Et tēptauerunt et exac
bauerūt deū excelſū:et teſtimōia
eius nō cuſtodierūt. Et auerte
runt ſe ꝛ non ſeruauerūt pactū:
quēadmodū p̄res eorū cōuerſi
ſunt in arcū p̄uum. In irā ꝯcita
uerūt eum i collibꝰ ſuis:ꝛ i ſculpti
libꝰ ſuis ad emulacōnem eū puo
cauerūt. Audiuit deꝰ ꝛ ſpreuit:
ꝛ ad nihilū redegit valde iſrahel
Et repulit tabernaculum ſylo:ta
bernaculū ſuum vbi habitauit i
hōibus. Et tradidit i captiuita
tē virtutē eoꝝ:ꝛ pulchritudinem
eoꝝ in manꝰ inimici. Et conclu
ſit in gladio populū ſuū:ꝛ heredi
tatē ſuam ſpreuit. Iuuenes eo
rū comedit ignis: virgines eorū
non ſūt lamentate. Sacerdotes
eoꝝ in gladio ceciderūt:ꝛ vidue
eorū nō plorabātur. Et excita
tus eſt tanq̄ dormiēs dn̄s:tanq̄
potēs crapulatus a vino. Et p
cuſſit inimicos ſuos i poſteriora:
obprobriū ſempiternū dedit illꝭ.
Et repulit tabernaculū ioſeph:
ꝛ tribum effrem nō elegit. Sed
elegit tribum iuda:montē ſyon
quē dilexit. Et edificauit ſicͭ vni
cornīū ſanctificiū ſuum:in terra quā
fundauit i ſecula. Et elegit da
uid ſeruū ſuum:ꝛ ſuſtulit eum de
gregibus ouiū:de poſt fetātes ac
cepit eum. Paſcere iacob ſeruū
ſuū:ꝛ iſrl̄ hereditatē ſuam. Et
pauit eos in innocētia cordis ſui:
ꝛ i intellectibꝰ manuū ſuarū dedu
xit eos. ¶ Pſ. aſaph.

Deus venerūt gentes i here
ditatē tuā:polluerūt tēplū
ſanctū tuum:poſuerūt iheruſalē
i pomoꝝ cuſtodiā. Poſuerunt
morticinia ſuorum tuoꝝ eſcas vo
latilibꝰ celi:carnes ſāctoꝝ tuorū
beſtijs terre. Effuderūt ſangui
nem ipſoꝝ tanq̄ aquā i circuitu
ihrl̄m:ꝛ nō erat qui ſepeliret. Fa
cti ſumꝰ obprobriū vicinis nr̄is:
ſb̄ſannacō ꝛ illuſio hijs q̄ i circui
tu noſtro ſūt. Vſqꝫ quo dn̄e ira
ſceris i finem:accēdetur velut ig
nis zelus tuus. Effunde irā tu
am i gentes que te nō nouerunt
ꝛ i regna que nomē tuū non inuo
cauerūt. Quia comederūt iacob
ꝛ locum eius deſolauerunt. Ne
memineris iniq̄tatū nr̄arū antiq̄
rum:cito anticipent nos miſericor
die tue:qꝛ paupes facti ſumꝰ nīs
Adiuua nos deꝰ ſalutaris nr̄:et
ꝓpter gloriā nominis tui dn̄e li
bera nos. Et ꝓpicius eſto pecca
tis noſtris ꝓpter nomē tuum:ne
forte dicant i gentibꝰ vbi ē deus
eoꝝ. Et innoteſcat i nacōnibꝰ
corā oculis noſtris:vltio ſangui
nis ſeruoꝝ tuorum qui effuſus ē
Introeat in conſpectu tuo:gemi
tus cōpeditorū. Sedm magni
tudinem brachij tui:poſſide filios
mortificatoꝝ. Et redde vicinis
noſtris ſeptuplum i ſinu eorum:

impropium ipſorū qđ exprobra
uerūt tibi dñe· Nos autē popu
lꝰ tuus ⁊ oues paſcue tue: ꝯfitebi
mur tibi in ſeculū· In generaci
one ⁊ generacōē: annūciabimꝰ
laudē tuā ¶ In finē ꝓ hijs q̄ ꝯmu
tabūtur· Pſ· aſſiriorū teſtimoni
um aſaph·
Qui regis iſrł intēde: qui dedu
cis velut ouē ioſeph· Qui
ſedes ſup cherubī manifeſtare: co
rā ephraim beniamin ⁊ manaſſe
Excita potētiam tuā ⁊ veni: ut
ſaluos facias nos· Deus ꝯuer
te nos: ⁊ oſtēde faciem tuā ⁊ ſalui
erimꝰ· Dñe deꝰ virtutū: quouſqꝫ
iraſceris ſup oracōē ſerui tui· Ci
babis nos pane lacrimaꝝ: ⁊ po
tū dabis nobis in lacrimis ī mē
ſura· Poſuiſti nos in ꝯtradictō
nem vicinis nrīs: ⁊ inimici nrī ſb
ſānauerūt nos· Deus virtutū
ꝯuerte nos: ⁊ oſtēde faciem tuā ⁊
ſalui erimꝰ· Vineam de egipto
trāſtuliſti: eieciſti gētes ⁊ plātaſti
eam· Dux itineris fuiſti in ꝯſpe
ctu eius: ⁊ plantaſti radices eius
⁊ impleuit terrā· Operuit mon
tes vmbra eius: ⁊ arbuſta eiꝰ ce
dros dei· Extendit palmites ſu
as vſqꝫ ad mare: ⁊ vſqꝫ ad flumē
ꝓpagines eius· Ut quid deſtru
xiſti maceriā eius: ⁊ vindemiant
eā omēs q̄ ꝑtergrediūtur viam·
Exterminauit eā aper de ſilua:
⁊ ſingularis ferus depaſtꝰ eſt eā·
Deus virtutū ꝯuertere: reſpice
de celo ⁊ vide ⁊ viſita vineā iſtā·
Et ꝑfice eā quā plātauit dexte
ra tua: ⁊ ſup filiū quē ꝯfirmaſti ti
bi· Incēſa igni ⁊ ſuffoſſa: ab in
crepacōe vultus tui ꝑibunt· Fi
at manus tua ſup virū dextere tue
⁊ ſup filium hominis quē ꝯfirma
ſti tibi· Et nō diſcedimꝰ a te: vi
uificabis nos ⁊ nomen tuū inuo
cabimꝰ· Dñe deus virtutū con
uerte nos: ⁊ oſtende faciē tuā ⁊
ſalui erimus· ¶ In finem ꝓ torcu
laribꝰ Pſalmꝰ ipi aſaph· quinta
ſabbati ·:·
Exultate deo adiutori
nrō: iubilate deo iacob
Sumite pſalmum ⁊
date tympanū: pſal
teriū iocūdum cū cythara· Bucci
nate i neomenia tuba: in inſigni
die ſollēnitatis vrē· Quia p̄cep
tū in iſrł eſt: ⁊ iudiciū deo iacob·
Teſtimoniū in ioſeph poſuit il
lud: cū exiret de terra egipti liguā
quā nō nouerat audiuit· Diuer
tit ab oneribꝰ dorſū eius: manꝰ
eiꝰ in cophino ſeruierūt· In tri
bulacōe inuocaſti me ⁊ liberaui
te: exaudiui te in abſcondito tem
peſtatis: ꝓbaui te apud aquam
ꝯtradictiōis· Audi ppłs meus
⁊ ꝯteſtabor te: iſrł ſi audieris me
non erit in te deꝰ recens: neqꝫ ado
rabis deum alienum· Ego enim
ſum dominꝰ deus tuus qui eduxi
te de terra egipti: dilata os tuum
⁊ implebo illud· Et nō audiuit
populꝰ meus vocē meā: ⁊ iſrł nō
intēdit mihi· Et dimiſi eos ſcḿ
deſideria cordis eoꝝ ibūt in adin
uencōibꝰ ſuis· Si ppłs meꝰ au
diſſꝫ me: iſrł ſi in vijs meis ābu
laſſꝫ· Pro nihilo forſitan inimi
cos eorum humiliaſſem: ⁊ ſuper
tribulantes eos miſiſſem manū
meam· Inimici domini mentiti
ſūt ei: ⁊ erit tēpus eoꝝ in ſecula·

E t cibauit illos ex adipe frumē
ti: ⁊ de petra melle ſaturauit eos.
¶ Pſalmꝰ aſaph.:
D Eus ſtetit in ſynagoga deo
rū: in medio autē deos diiu
dicat. V ſqꝫ quo iudicatis iniq̄ta
tē: ⁊ facies peccatoꝝ ſumitis. I u
dicate egeno ⁊ pupillo: humilē
⁊ pauperē iuſtificate. E ripite
pauperē: ⁊ egenū de manu pecca
toris liberate. N eſcierūt neqꝫ in
tellexerunt i tenebris ābulant:
mouebūtur ōnia fundamēta ter
re. E go dixi dij eſtis: ⁊ filij excel
ſi ōnes. V os autē ſicut hoīes
moriemini: ⁊ ſicut vnꝰ de pncipi
bus cadetis. S urge deꝰ iudica
terrā: qm̄ tu hereditabis i ōibꝰ
gentibꝰ ¶ Cāticū pſalmi aſaph
D Eus quis ſimil' erit tibi: ne
taceas neqꝫ cōpeſcaris deus
Q m̄ ecce inimici tui ſonauerunt
⁊ qui oderūt te extulerunt caput
S up ppl'm tuū malignauerūt
cōſiliū: cogitauerūt adūſos ſcōs
tuos. D ixerūt venite ⁊ diſpda
mꝰ eos de gēte: ⁊ nō memoret̄ no
mē iſrahel vltra. Q m̄ cogitaue
rūt vnanimiter: ſimul aduſum te
teſtamtū diſpoſuerūt tabnacula
ydumeoꝝ ⁊ iſmahelite. M oab
⁊ agarē gebal ⁊ amō ⁊ amalech:
alienigene cū hītantibꝰ tyrum.
E tem̄ aſſur venit cū illis: facti
ſunt i adiutoriū filijs loth. F ac
ill' ſic̄ madian ⁊ ſyſare: ſicut iabī
in torrente cyſon. D iſpierūt in
endor: facti ſunt ut ſtercus terre.
P one pncipes eoꝝ ſic̄ oreb ⁊ zeb
⁊ zebee ⁊ ſalmana. O mnes prin
cipes eoꝝ: qui dixerūt hereditate
poſſideamꝰ ſāctuariū dei. D eus
meꝰ pone illos ut rotam: ⁊ ſic̄ ſti
pulā an̄ faciē vēti. S icut ignis
qui cōburit ſiluā: ⁊ ſic̄ flāma cō
burens mōtes. I ta pſeq̄ris il
los in tēpeſtate tua: ⁊ i ira tua tur
bab' eos. I mple facies eoꝝ ig
nominia: ⁊ querēt nomē tuū do
mine. E rubeſcāt ⁊ cōturbentur
in ſeculū ſeculi: ⁊ ɔfundant̄ ⁊ pe
reāt. V t cognoſcāt q̄ nomē tibi
dn̄s: tu ſolꝰ altiſſimꝰ in ōni terra.
¶ In finem p torcularibꝰ filijs cho
re Pſalmus.:
Q Vā dilecta tabnacula tua
dn̄e v̄tutū: cōcupiſcit ⁊ defi
cit aīa mea i atria dn̄i. C or meū
⁊ caro mea: exultauerūt in deū vi
uū. E tenim paſſer inuenit ſibi
domū: ⁊ turtur nidū ſibi vbi po
nat pullos ſuos. A ltaria tua do
mine virtutū: rex meꝰ ⁊ deus meꝰ
B eati qui habitāt in domo tua:
in ſecula ſeculorū laudabūt te.
B eatꝰ vir cuius ē auxiliū abs
te: aſcenſiōes in corde ſuo diſpoſu
it in valle lacrimaꝝ: in loco quē
poſuit. E tem̄ bn̄dictōem dabit
legiſlator: ibunt de virtute in vir
tutē: videbit̄ deꝰ deoꝝ in ſyō. D o
mine deꝰ virtutū exaudi oracōem
meā: auribꝰ pcipe deꝰ iacob. P ro
tector noſter aſpice deꝰ: ⁊ reſpice i
faciem criſti tui. Q uia melior eſt
dies vna in atrijs tuis: ſup milia
E legi abiectus eſſe in domo dei
mei: magis q̄ hītare in tabnacul'
peccatoꝝ. Q uia miſericordiam
⁊ veritatē diligit deꝰ: grāꝫ ⁊ glīaꝫ
dabit dn̄s. N on priuabit bōis
eos qui ambulāt in innocētia: do
mine virtutū beatꝰ homo qui ſpe
rat in te. ¶ In finē filijs chore.

Benedixiſti dñe terrã tuã: auͤ
tiſti captiuitatẽ iacob. Remi
ſiſti iniq̃tatẽ plebis tue: operuiſti
õia peccata eoꝝ. Mitigaſti om
nem iram tuã: auertiſti ab ira in
dignatiõis tue. Conuerte nos
deꝰ ſalutaris nr̃: ⁊ auerte irã tuã
a nobis. Nunq̃d in eternũ iraſ
ceris nobis: aut extẽdes irã tuã
a gñacõe i generacõeꝫ. Deus tu
conuerſus viuificabis nos: ⁊ plebs
tua letabitur in te. Oſtẽde nob
dñe miſericordiã tuaꝫ: ⁊ ſalutare
tuũ da nobis. Audiã quid loq
tur in me dñs deꝰ: quoniã loq̃tur
pacẽ in plebẽ ſuam. Et ſup ſcõs
ſuos: ⁊ in eos qui cõuertũtur ad
cor. Verũtamẽ ꝓpe timentes euꝫ
ſalutare ipſius: ut inhabitet glo
ria in terra nr̃a. Miſericordia ⁊
veritas obuiauerũt ſibi: ⁊ iuſtitia
⁊ pax oſculate ſũt. Veritas de
terra orta eſt: ⁊ iuſticia de celo ꝓ
ſpexit. Etenim dñs dabit benig
nitatẽ: ⁊ terra noſtrã dabit fructũ
ſuum. Iuſticia ante eũ ambula
bit: ⁊ ponet in via greſſus ſuos.

Oracõ dauid.

Inclina dñe aurem tuaꝫ ⁊ exaudi
me: quoniã inops ⁊ paup ſũ ego.
Cuſtodi animã meaꝫ quoniã
ſãctꝰ ſum: ſaluũ fac ſeruũ tuum de
us meus ſperãtem in te. Miſere
re mei domĩe quoniã ad te clama
ui tota die; letifica animã ſerui tui
quoniã ad te dñe animã meã le
uaui. Quoniã tu dñe ſuauis et
mitis: ⁊ multe miſericordie õibꝫ
inuocantibꝰ te. Auribꝰ ꝑcipe do
mine orõeꝫ meã: ⁊ intẽde voci dep̃
cacõis mee. In die tribulacõis
mee clamaui ad te: q̃ exaudiſti
me. Nõ eſt ſimilis tui in dijs do
mine: ⁊ nõ eſt ſcd̃ꝫ opa tua. Om
nes gẽtes quaſcũq; feciſti veniẽt
⁊ adorabũt corã te dñe: ⁊ glorifi
cabunt nomẽ tuũ. Qm̃ magnꝰ
es tu ⁊ faciens mirabilia: tu es de
us ſolꝰ. Deduc me dñe in via
tua: et ingrediar in veritate tua;
letetur cor meũ ut timeat nomẽ
tuum. Confitebor tibi dñe deus
meꝰ in toto corde meo: ⁊ glorifica
bo nomẽ tuũ in eternũ. Quia mi
ſericordia tua magna eſt ſuper
me: ⁊ eruiſti animã meã ex infer
no inferiori. Deus iniq̃ inſurre
xerũt ſup me: ⁊ ſynagoga potẽci
um q̃ſierunt aĩaꝫ meaꝫ: ⁊ nõ ꝓ
poſuerũt te in cõſpectu ſuo. Et
tu dñe deꝰ miſerator ⁊ miſericors;
paciens ⁊ multe miſericordie et
verax. Reſpice in me ⁊ miſerere
mei: da imperiũ tuũ puero tuo: et
ſaluũ fac filiũ ancille tue. Fac
mecũ ſignũ in bonũ ut videãt qui
oderũt me ⁊ confũdant: quoniã
tu domine adiuuiſti me ⁊ cõſola
tꝰ es me.

Pſalmꝰ cantici fi
lijs chore.

Fundamẽta eius in montibꝫ
ſanctis: diligit dominus por
tas ſyon ſup õnia tabernacula ia
cob. Glorioſa dicta ſũt de te: ci
uitas dei. Memor ero raab ⁊ ba
bilonis: ſcientium me. Ecce ali
enigene ⁊ tyrus ⁊ populus ethi
opum: hij fuerũt illic. Nunq̃d
ſyon dicet homo: ⁊ homo natus
eſt in ea: ⁊ ipſe fundauit eam al
tiſſimꝰ. Dominꝰ narrabit i ſcrip
turis populorũ ⁊ pñcipum: horuꝫ
qui fuerunt in ea. Sicut letantiũ
omnium: habitacio in te.

Canticū pſalmi filijs chore i fi
nem ꝑ melech ad rñdendū intel
lectꝰ heman ezraite·

Domine deꝰ ſalutis mee: ī die
clamaui ⁊ nocte coram te·
Intret ī cōſpectu tuo oracō mea
inclina aurem tuā ad precē meā·
Quia repleta eſt malis aīa mea:
et vita mea inferno appropiqua
uit· Eſtimatus ſū cum deſcēdē
tibus ī lacum: factꝰ ſum ſic homo
ſine adiutorio int̄ mortuos liber·
Sicut vulnerati dormiētes in ſe
pulchris quoꝝ nō es memor am
plius: ⁊ ipſi de manu tua repulſi
ſūt· Poſuerūt me ī lacu inferiori
in tenebroſis ⁊ ī vmbra mortis·
Sup me cōfirmatus eſt furor
tuꝰ: ⁊ ōnes fluctꝰ tuos induxiſti
ſup me· Longe feciſti notos me
os a me: poſuerūt me abhomina
cōem ſibi· Traditus ſum ⁊ non
egrediebar: oculi mei languerūt
pre inopia· Clamaui ad te do
mine: tota die expandi ad te ma
nꝰ meas· Nunquid mortuis fa
cies mirabilia: aut medici ſuſcita
bunt ⁊ cōfitebun tur tibi· Nun
quid narrabit aliq̄s ī ſepulchro
miſericordiā tuā: ⁊ veritatē tuaʒ
in ꝑdicōe· Nunq̄d cognoſcent̄
ī tenebris mirābilia tua: ⁊ iuſtitia
tua ī terra obliuionis· Et ego
ad te dñe clamaui: ⁊ māe oratio
mea ꝑueniet te· Ut quid dñe re
pellis oracōem meā: auertis faciē
tuam a me· Paup ſū ego et ī la
borib a iuuētute mea: exaltatꝰ āt
humiliatꝰ ſū ⁊ cōturbatus· In
me tranſierunt ire tue: ⁊ terrores
tui cōturbauerūt me· Circūdede
rūt me ſicut aqua tota die: circū
dederunt me ſimul· Elongaſti a
me amicū ⁊ proximum: ⁊ notos me
os a miſeria· Intellectus ethā
ezraite·:

Miſericordias dñi: in eternuʒ
cātabo· In generacōem ⁊
gñacōem: ānūciabo veritatem tu
am ī ore meo· Qm̄ dixiſti ī eter
nū miſericordia edificabitur ī ce
lis: ꝑparabitur veritas tua ī eis·
Diſpoſui teſtamētū electis meis:
iuraui dauid ſeruo meo vſq3 ī et̄
num ꝑparabo ſemē tuū· Et edi
ficabo in generacōe ⁊ geneācōeʒ:
ſedem tuā· Confitebunt̄ celi mi
rabilia tua dñe: etenim veritateʒ
tuam ī ecclīa ſanctoꝝ· Quoniaʒ
quis ī nubibꝰ equabit̄ dño: ſimi
lis erit dño in filijs dei· Deꝰ qui
glorificat̄ in cōſilio ſāctorū: mag
nus ⁊ terribil̄ ſuper ōnes q̄ ī circu
itu eius ſunt· Dñe deus virtutū
quis ſimilis tibi: potēs es domine
⁊ veritas tua ī circuitu tuo· Tu
dominaris poteſtati maris: motū
aūt fluctuū eius tu mitigas· Tu
hūiliaſti ſicut vulneratū ſupbū
in brachio virtutis tue diſpſiſti
inimicos tuos· Tui ſunt celi et
tua eſt terra: orbem terre ⁊ pleītu
dinem eius tu fundaſti: aq̄loneʒ
⁊ mare tu creaſti· Thabor ⁊ her
moni nomine tuo exultabūt: tu
um brachium cū potētia· Firme
tur manus tua ⁊ exaltet̄ dextera
tua: iuſticia ⁊ iudiciū prepacō ſe
dis tue· Miſericordia ⁊ veritas
ꝑcedent faciem tuā: btūs populꝰ
qui ſcit iubilacōem· Dñe in lu
ne vultꝰ tui ambulabūt: ⁊ ī noī
ne tuo exultabūt tota die: ⁊ in iu
ſticia tua exultabunt̄· Quoniaʒ

b 4

gloria virtutis eoꝝ tu es: ⁊ in bñ
placito tuo exaltabit̃ cornu nr̃m
Quia dñi eſt aſſumpcõ nr̃a: et
ſc̃ti iſrl̃ regis nr̃i. Tunc locut⁹
es in viſiõe ſc̃tis tuis: ⁊ dixiſti po
ſui adiutorium in potẽte: ⁊ exalta
ui electũ de plebe mea. Inueni
dauid ſeruũ meũ: oleo ſc̃to meo
vnxi eũ. Man⁹ enĩ mea auxiliabi
tur ei: ⁊ brachiũ meũ ↄfirmabit
eũ. Nihil pficiet inimicus in eo:
⁊ fili⁹ iniquitatis nõ apponet no
cere ei. Et ↄcidam a facie ipſi⁹
inimicos eius: ⁊ odiẽtes eũ in fu
gaꝫ ↄuertam. Et veritas mea
⁊ miſericordia mea cuꝫ ipſo: ⁊ in
noĩe meo exaltabitur cornu ei⁹.
Et ponã in mari manũ eius: et
in fluminib⁹ dexterã eius. Ipſe
inuocabit me pat̃ me⁹ es tu: deus
me⁹ ⁊ ſuſceptor ſalutis mee. Et
ego primogenitũ ponã illũ: excel
ſũ pre regib⁹ terre. In eternum
ſeruabo illi miſericordiã meaꝫ: et
teſtamentũ meũ fidele ipſi. Et
ponaꝫ in ſeculũ ſeculi ſemẽ eius:
⁊ thronũ eius ſicut dies celi. Si
autem dereliquerint filij ei⁹ legeꝫ
meaꝫ: ⁊ in iudicijs meis nõ ãbu
lauerint. Si iuſticias meas p
phanauerit: ⁊ mandata mea nõ
cuſtodierint. Viſitabo in virga
iniq̃tates eoꝝ: ⁊ in verberib⁹ pc̃tã
eoꝝ. Miſericordiã autẽ meã nõ
diſpergã ab eo: neq3 nocebo in veri
tate mea. Neq3 pphanabo teſta
mẽtum meũ: ⁊ que pcedunt de la
bijs meis nõ faciam irrita. Se
mel iuraui i ſcõ meo ſi dauid mẽ
tiar: ſemen ei⁹ in eternũ manebit
Et thron⁹ eius ſicut ſol in ↄſpe
ctu meo: ⁊ ſicut luna pfecta in eter

nũ: ⁊ teſtis in celo fidel̃. Tu vero
repuliſti ⁊ deſpexiſti: diſtuliſti cri
ſtũ tuũ. Auertiſti teſtamẽtũ ſer
ui tui: pphanaſti in terra ſc̃tuari
um ei⁹. Deſtruxiſti õnes ſepes
ei⁹: poſuiſti firmamẽtũ ei⁹ formidi
nẽ. Diripuerũt eũ õnes trãſeũ
tes viã: fact⁹ eſt obprobriũ vici
nis ſuis. Exaltaſti dexterã depri
menciũ euꝫ: letificaſti õnes inimi
cos ei⁹. Auertiſti adiutorium
gladij ei⁹: ⁊ nõ es auxiliatus ei i
bello. Deſtruxiſti eũ ab emũda
cõne: ⁊ ſedem ei⁹ in terra colliſiſti
Minoraſti dies tẽpis ei⁹: pfudi
ſti eũ ↄfuſione. Uſquequo dñe
auertis in finẽ: exardeſcit ſicut ig
nis ira tua. Memorare q̃ mea ſb
ſtãtia: nunq̃d enĩ vane ↄſtituiſti
õnes filios hominũ. Quis ẽ hõ
q̃ viuet ⁊ nõ videbit mortẽ: eruet
aĩaꝫ ſuaꝫ de manu inferi. Ubi
ſunt miſericordie tue antiq̃ domi
ne: ſicut iuraſti dauid in veritate
tua. Memor eſto dñe obprobrij
ſeruoꝝ tuoꝝ: qḋ continui in ſinu
meo multarũ gentiũ. Quod ex
probrauerũt inimici tui dñe: qḋ
exprobrauerũt ↄmutacõeꝫ criſti
tui. Bñdict⁹ domin⁹ in eternuꝫ
fiat fiat. ¶ Oracõ moyſi hoĩs di.
Domine refugiũ fact⁹ es nob̃
a generacõe in gñacõnem.
Priuſq̃ montes fierent aut for
marentur terra ⁊ orbis: a ſeculo et
in ſeculum tu es de⁹. Ne auertas
hominẽ in humilitatem: ⁊ dixiſti
conuertimini filij hominũ. Quo
niam mille anni ante oculos tu
os tãq̃ dies heſterna que pterijt
Et cuſtodia in nocte: que pro
nihilo habentur eorũ ãni erunt.

Mane ſicut herba trāſeat: mane
floreat ⁊ trāſeat; veſpe decidat in
duret ⁊ areſcat Quia defecimus
in ira tua: et in furore tuo turbati
ſumꝰ. Poſuiſti iniq̄tates nr̄as i
conſpcū tuo: ſeculū noſtrū in illu
minacōe vultꝰ tui. Quoniā oēs
dies noſtri defecerūt: ⁊ i ira tua de
fecimus. Anni noſtri ſicꝫ aranea
meditabūtur: dies ānorū noſtro
rum in ipſis ſeptuagita āni. Si
autē in potētatibꝰ octoginta āni:
⁊ ampliꝰ eoꝝ labor ⁊ dolor. Quo
niaꝫ ſupuenit māſuetudo: ⁊ corri
piemur. Quis nouit poteſtatē
ire tue: ⁊ pre timore tuo irā tuam
dinumerare. Dexterā tuam ſic
notaꝫ fac: ⁊ eruditos corde i ſapi
entia. Conuertere dn̄e vſqꝫquo
⁊ depcabilis eſto ſup ſeruos tuos
Repleti ſumꝰ mane miſericordia
tua: ⁊ exultauimꝰ ⁊ delectati ſumꝰ
i oībꝰ diebꝰ nr̄is. Letati ſumꝰ
p diebus quibus nos hūiliaſti:
ānis quibꝰ vidimꝰ mala. Reſpi
ce in ſeruos tuos ⁊ in opa tua: et
dirige filios eoruꝫ. Et ſit ſplen
dor dn̄i dei noſtri ſuper nos: ⁊ opē
ra manuū noſtraꝝ dirige ſuper
nos: et opꝰ manuū noſtrarū diri
ge. Laus cātici ipſi dd.

QVi habitat in adiutorio al
tiſſimi: in ꝓtectiōe dei celi cō
morabit̄. Dicet dn̄o ſuſceptor
meꝰ es tu ⁊ refugiū meū deꝰ meꝰ:
ſperabo in eū. Quoniā ipſe liberā
uit me de laqueo venātiū: ⁊ a ver
bo aſpero. Scapulis ſuis obum
brbit tibi: ⁊ ſub pēnis eius ſpera
bis. Scuto circūdabit te veritas
eius: nō timeb̄ a timore nocturno
A ſagitta volāte in die: a nego

tio pambulante in tenebris: ab
incurſu ⁊ demōio meridiano. Ca
dēt a latere tuo mille: ⁊ decēmilia
a dextris tuis: ad te aūt nō appro
pinq̄bit. Verūtn̄ ocul' tuis cōſi
derabis: ⁊ retribucōem pctōrū vi
debis. Quoniam tu es dn̄e ſpes
mea: altiſſimū poſuiſti refugiū tu
um. Non accedat ad te malū: ⁊
flagellum nō appropinq̄bit taber
naculo tuo. Quoniā āgelis ſuis
mādauit de te: ut cuſtodiāt te in
oībꝰ viis tuis. In manibꝰ por
tabunt te: ne forte offendas ad
lapidem pedē tuū. Sup aſpidem
⁊ baſiliſcū ambulab̄: ⁊ cōculcab̄
leonem ⁊ draconē. Qm̄ i me ſpe
rauit liberabo eū: protegā eum q̄
niaꝫ cognouit nomē meū. Clama
uit ⁊ exaudiā eū: cum ipo ſū i tri
bulaciōe: eripiaꝫ eū ⁊ glorificabo
eum. Longitudine dierū reple
bo eum: ⁊ oſtendam illi ſalutare
meum. Pſalmus cantici in die
ſabbati.

BOnū eſt cōfiteri dn̄o: ⁊ pſal
lere nomini tuo altiſſiē. Ad
ānuntiandū mane miſericordiā
tuaꝫ: ⁊ veritatē tuā p noctē. In
decacordo pſalterio: cū cantico in
cythara. Quia delectaſti me do
mine in factura tua: et in opibus
manuū tuaꝝ exultabo. Quam
magnificata ſūt opa tua dn̄e: ni
mis ꝓfunde facte ſūt cogitatiōes
tue. Vir inſipiēs nō cognoſcet:
⁊ ſtultꝰ non intelliget hec. Cuꝫ
exorti fuerint pctōres ſicut fenuꝫ:
⁊ apparuerūt oēs qui opantur
iniq̄tatem. Vt intereant in ſecu
lum ſeculi: tu autē altiſſimꝰ in eter
nū dn̄e. Qm̄ ecce inimici tui dn̄e

quoniā ecce inimici tui ꝑibūt: et
diſpergētur ōnes q̄ opant̄ iniq̄ta
tē. Et exaltabit̄ ſic vnicornis cor
nu meū: ⁊ ſenectꝰ mea in mīa vbe
ri. Et deſpexit oculꝰ meus inimi
cos meos: ⁊ inſurgētibꝰ in me ma
lignātibꝰ audiet auris mea. Iu
ſtus ut palma florebit: ⁊ ſicut ce
drus libani multiplicabit̄. Plā
tati in domo dn̄i: in atrijs domus
dei noſtri florebūt. Adhuc mł
tiplicabūtur in ſenectute vberi: ⁊
bene pacientes erūt ⁊ annūciēt.
Qm̄ rectꝰ dn̄s deus noſter: ⁊ nō
eſt iniq̄tas in eo. ¶ Laus cātici
dauid in die ante ſabbatū quan
do fundata eſt terra.

Dominꝰ regnauit decorem in
dutus eſt: indutus eſt dn̄s
fortitudinē ⁊ p̄cinxit ſe. Et enī
firmauit orbē terre: qui nō cōmo
uebitur. Parata ſedes tua ex tūc:
a ſeculo tu es. Eleuauerūt flumi
na domie: eleuauerūt flumina vo
cē ſuam. Eleuauerunt flumina
fluctꝰ ſuos: a vocibꝰ aquarū mul
tarū. Mirabiles elacōnes maris:
mirabilis in altis dn̄s. Teſtimo
nia tua credibilia facta ſūt nimis:
domū tuā decet ſanctitudo dn̄e in
longitudinē dierꝝ. ¶ Pſalmꝰ 98.
quarta ſabbati.

Deus vlcionū dn̄s: deꝰ vlcio
nū libere egit. Exaltare qui
iudicas terrā: redde retribucōnē
ſupbis. Vſqȝ quo peccatores do
mine: vſqȝ quo peccatores gloria
būtur. Effabūtur ⁊ loquētur
iniq̄tatē: loqn̄tur ōnes qui operā
tur iniuſticiā. Populū tuū dn̄e
hūiliauerūt: ⁊ hereditatē tuā vex
auerūt. Viduā ⁊ aduenā inter
fecerūt: ⁊ pupillos occiderūt. Et
dixerūt nō videbit dn̄s: nec intel
liget deꝰ iacob. Intelligite inſi
piētes in populo: ⁊ ſtulti aliquan
do ſapite. Qui plantauit aurem
nō audiet: aut q̄ finxit oculū nō
ↄſiderat. Qui corripit gentes n̄
arguet: q̄ docet hominē ſciētiā.
Dn̄s ſcit cogitacōnes hoim: quo
niā vane ſūt. Beatus homo quē tu
erudieris dn̄e: ⁊ de lege tua docue
ris eū. Vt mitiges ei a diebꝰ mal:
donec fodiat̄ pctōri fouea. Quia
nō repellet dn̄s plebē ſuā: et here
ditatē ſuā nō derelinquet. Quo
aduſqȝ iuſticia ↄuertatur in iudi
ciū: ⁊ q̄ iuxta illam. ōnes q̄ recto
ſūt corde. Quis ↄſurget mihi ad
uerſus malignantes: aut q̄s ſta
bit mecū aduerſus opantes iniq̄
tatē. Niſi qr dn̄s adiuuit me:
paulominꝰ habitaſſ; in inferno
aīa mea. Si dicebā motus eſt
pes meꝰ: mīa tua dn̄e adiuuabat
me. Scd̄m multitudinē dolorū
meorū i corde meo: ↄſolacōes tue
letificauerūt aīam meā. Nunq̄d
adheret tibi ſedes iniq̄tatis: q̄ fin
gis laborē in precepto. Capta
būt in animā iuſti: ⁊ ſanguinē i
nocētem ↄdēnabūt. Et factus ē
mihi dn̄s in refugium: ⁊ deꝰ meꝰ i
adiutoriū ſpei mee. Et reddet il
lis iniquitatem ipſorū: ⁊ in mali
cia eorum diſpdet eos: diſpdet il
los dn̄s deꝰ noſter. ¶ Laus cāti
ci ipſi dauid.

Venite exultemꝰ dn̄o: iubileꝰ
deo ſalutari nr̄o. Preoccupēꝰ
faciē eiꝰ in ↄfeſſiōe: ⁊ in pſalmis
iubilemꝰ ei. Qm̄ deus magnꝰ do
minꝰ: ⁊ rex magnꝰ ſup oēs deos.

Quõia in manu eius ſũt õnes fi
nes terre: ⁊ altitudines mõtiũ ipſi
us ſunt. Quoniã ipſiꝰ eſt mare
⁊ ipſe fecit illud: ⁊ ſiccã manꝰ eiꝰ
formauerũt. Uenite adoremus
⁊ ꝓcidamꝰ et ploremꝰ ante dñm
qui fecit nos: qꝛ ipſe eſt deꝰ noſter
Et nos populus paſcue eius: ⁊
oues manꝰ eius. Hodie ſi voceꝫ
eius audieritis: nolite obdurare
corda veſtra. Sicut in irritacõe
ſcdm diem tẽptacõnis in deſerto.
Ubi tẽptauerũt me patres vrĩ
ꝓbauerunt me ⁊ viderunt opera
mea. Quadrĩgita ãnis offenſus
fui generacõi illi: ⁊ dixi ſemp er
rant corde. Et iſti nõ cognouerũt
vias meas: ut iuraui in ira mea
ſi intrabunt in requiẽ meã.

¶ Pſalmꝰ dd. qñ domꝰ edificabat
poſt captiuitatem.

Cantate dño canticũ nouuꝫ:
cãtate dño õmis terra. Cã
tate dño ⁊ bñdicite nomini eius:
annũtiate de die in diem ſalutare
eius. Annũtiate int̃ gentes glo
riam eius: in õmibꝰ populis mira
bilia eius. Quoniã magnꝰ dñs
⁊ laudabilis nimis: terribilis eſt
ſup õnes deos. Qm̃ õnes dij gẽ
tium demonia: dñs autẽ celos fe
cit. Confeſſio ⁊ pulchritudo i cõ
ſpectu eius: ſanctimonia ⁊ magñ
ficentia in ſanctificacõe eius. Af
ferte domino patrie gentium: af
ferte dño gloriam ⁊ honorẽ: affer
te dño gloriã nomini eius. Tol
lite hoſtias ⁊ introite in atria eiꝰ
adorate dñm in atrio ſancto eiꝰ.
Cõmoueatur a facie eius vni
uerſa terra: dicite in gentibus qꝛ
dñs regnauit. Etenim correxit
orbem terre qui nõ cõmouebitur
iudicabit populos in equitate.
Letentur celi ⁊ exultet terra: cõ
moueatur mare et plenitudo eiꝰ:
gaudebunt campi ⁊ õmia que in
eis ſunt. Tunc exultabunt oĩa
ligna ſiluarũ a facie domini quia
venit: quoniaꝫ venit iudicare ter
ram. Iudicabit orbem terre in
eq̃tate: ⁊ populus in veritate ſua.

¶ Pſalmꝰ dauid qñ terra eius reſti
tuta eſt ei.

Dominꝰ regnauit exultet ter
ra: letẽtur inſule multe. Nu
bes ⁊ caligo in circuitu eius: iuſti
cia ⁊ iudicium correctio ſedis eiꝰ.
Ignis ante ipſum precedet: ⁊ i
flãmabit in circuitu inimicos eiꝰ.
Illuxerunt fulgura eiꝰ orbi terre:
vidit ⁊ cõmota eſt terra. Mõtes
ſicut cera fluxerunt a facie domi
a facie dñi õmis terra. Annũtia
uerũt celi iuſticiaꝫ eiꝰ: ⁊ viderunt
õnes populi gloriã eiꝰ. Confũ
dantur õnes qui adorant ſculpti
lia: ⁊ qui gloriãtur in ſimulacris
ſuis. Adorate eum õnes angeli
eiꝰ: audiuit ⁊ letata eſt ſyon. Et
exultauerunt filie iude: ꝓpter iudi
cia tua dñe. Qm̃ tu dñs altiſſi
mus ſup omnem terram: nimis
exaltatus es ſup õnes deos. Qui
diligitis dñm odite maluꝫ: cuſto
dit dñs animas ſcõꝝ ſuorũ: de
manu pcõris liberabit eos. Lux
orta eſt iuſto: ⁊ rectis corde leticia
Letamini iuſti in domino: ⁊ con
fitemini memorie ſanctificacõis
eius.

¶ Pſalmꝰ dd.

Cantate dño cãticũ no
uũ: q mirabilia fecit.
Saluauit ſibi dexterã
eius: ⁊ brachiũ ſanctũ
eius. Notũ fecit dñs ſalutare ſu
um: in cõſpectu gentiũ reuelauit
iuſticiã ſuã. Recordatus ẽ mi
ſericordie ſue: ⁊ veritatis ſue domui
iſrl. Viderũt õnes termini terre
ſalutare dei nr̃i: iubilate dño oĩs
terra: cantate ⁊ exultate ⁊ pſallite
Pſallite dño ĩ cythara ĩ cytha
ra ⁊ voce pſalmi: in tubis ductili
bꝰ ⁊ voce tube cornee. Iubilate
in cõſpectu regis dñi: moueat̃ ma
re ⁊ plenitudo eiꝰ: orbis terrarum
et qui habitant in eo. Flumi
na plaudẽt manu ſimul: montes
exultabũt a cõſpectu dñi: q̃m venit
iudicare terrã. Iudicabit orbẽ
terrarũ in iuſticia: ⁊ populꝰ in eq̃
tate. ¶ Ps. dauid.

Dominꝰ regnauit iraſcantur
populi: q̃ ſedes ſup cherubin
moueat̃ terra. Dñs in ſyõ mag
nꝰ: ⁊ excelſus ſup õnes populos.
Cõfiteant̃ nomini tuo magno
quoniam terribile ⁊ ſanctũ eſt:
⁊ honor regis iudicium diligit.
Tu paraſti directões: iudiciũ
⁊ iuſtitiam in iacob tu feciſti. Ex
altate dominũ deum noſtrum: et
adorate ſcabellum pedum eiꝰ quo
niam ſanctum eſt. Moyſes ⁊ aa
ron in ſacerdotibus eius: ⁊ ſamu
el inter eos qui inuocant nomen
eius. Inuocabant dominum ⁊
ipſe exaudiebat eos in columna
nubis loquebatur ad eos. Cu
ſtodiebant teſtimonia eius: ⁊ p̃
ceptum quod dedit illis. Domi
ne deꝰ noſter tu exaudiebas eos:
deus tu propicius fuiſti eis: ⁊ vl
ciſcens in omnes adinuẽcões
eorum. Exaltate dominũ deum
noſtrum: ⁊ adorate in monte ſan
cto eius: quoniam ſanctus domi
nus deus noſter.

¶ Pſalmꝰ in confeſſione.

Iubilate domino omnis terra: ſer
uite domino in leticia. Introite
in conſpectu eius: in exultacione.
Scitote q̃m dñs ipſe eſt deꝰ:
ipſe fecit nos ⁊ non ipſi nos. Po
pulus eius ⁊ oues paſcue eius ĩ
troite portas eius in confeſſione:
atria eius in ymnis confitemini
illi. Laudate nomen eius quo
niam ſuauis eſt dominus: in eter
num miſericordia eius: ⁊ vſq; in
generacõnem ⁊ generacõnem ve
ritas eius. ¶ Ps. dauid.

Miſericordiam ⁊ iudiciũ can
tabo tibi domine: pſallam ⁊
intelligã in via immaculata quã
do venies ad me. Perambula
bam in innocentia cordis mei: in
medio domus mee. Non propo
nebam ante oculos meos rem in
iuſtã: facientes preuaricacões odi
ui. Non adheſit mihi cor prauũ:
declinantẽ a me malignũ nõ cog
noſcebam. Detrahentem ſecre
to proximo ſuo: hunc perſeque
bar. Superbo oculo ⁊ inſacia
bili corde: cũ hoc nõ edebã. Ocu
li mei ad fideles terre ut ſedeãt me
cũ: ãbulãs ĩ via imaculata hic m̃
miſtrabat. Nõ hitabit ĩ medio
domꝰ mee q̃ facit ſupbiã: q̃ loqui
iniq̃ nõ direxit ĩ cõſpcũ oculorũ me
orũ. In matutino interficiebã oẽs
pctõres terre: ut diſpderẽ de ciuita
te dñi õnes operãtes iniq̃tatẽ.

¶Oracō paupꝭ cū anxiaretur ⁊
corā dn̄o effundit precē ſuam.
Domine exaudi oracōez me
am: ⁊ clamor meꝰ ad te veni
at. Non auertas faciez tuam a
me: in quacūqꝫ die tribulor incli
na ad me aurez tuam. In qua
cūqꝫ die inuocauero te: velociter
exaudi me. Quia defecerūt ſicut
fumꝰ dies mei: et oſſa mea ſic cre
miū aruerunt. Percuſſus ſū ut
fenum ⁊ aruit cor meum: qꝛ obli
tus ſum comedere panem meum.
A voce gemitus mei: adheſit os
meū carni mee. Similis factus
ſum pellicano ſolitudīs: factus ſū
ſicut nicticorax in domicilio. Vi
gilaui: ⁊ factꝰ ſum ſicut paſſer ſo
litarius in tecto. Tota die expro
brabant mihi inimici mei: et qui
laudabant me aduerſū me iura
bant. Quia cinerē tanqꝫ panē
manducabā: ⁊ poculū meū cū fle
tu miſcebam. A facie ire indig̃ti
onis tue: quia eleuās alliſiſti me
Dies mei ſicut vmbra declinaue
rūt: ⁊ ego ſic fenū arui. Tu autē
domine in eternū ꝑmanes: ⁊ me
moriale tuum in gn̄acionē ⁊ ge
neracōem. Tu exurgens miſe
reberis ſyon: quia tēpus miſeren
di eius qꝛ venit tempꝰ. Quoniā
placuerūt ſeruis tuis lapides eiꝰ:
⁊ terre eius miſerebunt. Et ti̅me
bunt gentes nomē tuum dn̄e: et
oēs reges terre gloriā tuā. Quia
edificabit dn̄s ſyon: ⁊ videbitur
in gloria ſua. Reſpexit in oracō
nē humiliū: ⁊ nō ſpreuit p̄cez eo
rum. Scribant hec in generacō
ne altera: ⁊ populꝰ qui creabitur
laudabit dn̄m. Quia ꝓſpexit de
excelſo ſācto ſuo: dn̄s de celo ī ter
ram aſpexit. Et audiret gemitꝰ
cōpeditorum: ut ſolueret filios in
teremptorꝝ. Ut annūtient ī ſyō
nomen dn̄i: ⁊ laudem eiꝰ in iheru
ſalem. In cōueniendo populos
in vnum: ⁊ reges ut ſeruiāt domi
no. Reſpondit ei in via v̓tutis
ſue: paucitatē dierū meorꝝ nūcia
mihi. Ne reuoces me in dimidio
dierum meorū: in generacōem et
generacōem āni tui. Inicio tu
dn̄e terram fūdaſti: et opera ma
nuū tuarum ſunt celi. Ipſi peri
bunt tu autē ꝑmanes: ⁊ oēs ſic
veſtimentū veteraſcēt. Et ſicut
opertoriū mutabis eos ⁊ mutabū
tur: tu autē idem ipſe es: et āni tui
nō deficient. Filij ſeruorꝝ tuorū
habitabunt: ⁊ ſemen eorꝝ in ſecu
lum dirigetur. ¶Ps. ipſi dd.
Benedic anima mea dn̄o: et
oīa que intrā me ſunt nomini ſā
cto eiꝰ. Benedic aīa mea dn̄o:
⁊ noli obliuiſci oēs retribucio
nes eiꝰ. Qui ꝓpiciatur oībꝰ ini
quitatibꝰ tuis: qui ſanat oēs in
firmitates tuas. Qui redimit de
interitu vitam tuā: qui coronat te
in miſericordia ⁊ miſeracōibus.
Qui replet in bonis deſiderium
tuū: renouabitur ut aq̓le iuuētꝰ
tua. Faciens miſericordias do
minꝰ: et iudicium oībꝰ iniuriaꝫ
pacientibꝰ. Notas fecit vias ſu
as moyſi: filijs iſrl̓ voluntates ſu
as. Miſerator ⁊ miſericors dn̄s:
longanimis ⁊ multū miſericors.
Non in ꝑpetuū iraſcetur: neqꝫ
in eternū cōminabitur. Nō ſcḋm
peccata noſtrā fecit nobꝭ: neqꝫ ſcḋm
iniq̄tates noſtras retribuit nobꝭ.

Quoniā ſcḋm altitudinē celi a ter
ra: corroborauit miſericordiā ſuā
ſup timentes ſe. Quātum diſtat
ortus ab occidēte: lōge fecit a no
bis iniq̇tates nr̄as. Quō miſere
tur pat̄ filioꝝ: miſertus ē dn̄s ti
mentib9 ſe: qm̄ ipſe cognouit fig
mentū noſtrū. Recordatus eſt
qm̄ puluis ſum9: homo ſicut fenū
dies ei9: tanq̄ flos agri ſic efflorē
bit. Quoniā ſpūs ptrāſibit in
illo ⁊ nō ſubſiſtet: ⁊ nō cognoſcꝫ
ampli9 locū ſuum. Miſericordia
autē dn̄i ab eterno ⁊ vſq; in eter
nū: ſup timentes eū. Et iuſticia
illi9 in filios filioꝝ: hiis q̇ ſeruāt
teſtamentū eius. Et memores
ſunt mādatoꝝ ipſius: ad facien
dū ea. Dominus in celo parauit ſe
dem ſuā: ⁊ regnū ipſi9 ōmib9 dn̄a
bit. Bn̄dicite dn̄o ōnes angeli
eius potentes virtute: facientes
verbum illi9 ad audiendā vocem
ſermonū ei9. Benedicite domio
ōnes virtutes eius: miniſtri eius
qui facitis volūtatē eius. Bene
dicite dn̄o ōnia opȧ eius: in om
ni loco dn̄acōnis eius: bn̄dic ai
ma mea domino. ¶ Ps. dauid.

Benedic aīa mea dn̄o: dn̄e
de9 meus magnificat9 es ve
hementer. Confeſſiōem ⁊ deco
rem induiſti: amict9 lumine ſicut
veſtimento. Extendēs celū ſicut
pellem: qui tegis aquis ſuperiora
eius. Qui ponis nubem aſcenſū
tuum: qui ābulas ſup pennas vē
toꝝ. Qui facis āgelos tuos ſpi
ritus: ⁊ miniſtros tuos ignē vren
tē. Qui fundaſti terrā ſuper ſta
bilitatē ſuā: nō inclinabit in ſecu
lum ſeculi. Abiſſus ſic veſtimē
tū amict9 eius: ſup mōtes ſtabūt
aque. Ab increpaciōe tua fugi
ent: a voce tonitrui tui formida
bunt. Aſcendunt mōtes ⁊ deſcē
dunt campi: in locū quē fundaſti
eis. Terminū poſuiſti quē non
tranſgredient: neq; conuertētur
operire terraꝫ. Qui emittis fōtes
in cōuallibus: inter medium mō
cium ptranſibunt aque. Pota
būt ōnes beſtie agri: expectabūt
onagri in ſiti ſua. Super ea vo
lucres celi habitabūt: de medio
petrarū dabunt voces. Rigans
montes de ſupioribus ſuis: de fru
ctu opeꝝ tuorum ſaciabitur terra
Producens fenū iumentis: ⁊ her
baꝫ ſeruituti hominū. Ut educas
panē de terra: ⁊ vinum letificꝫ cor
hominis. Ut exhilaret facieꝫ in
oleo: ⁊ panis cor hominis confir
met. Saturabūtur ligna cāpi ⁊
cedri libani quas plātauit: illic
paſſeres nidificabūt. Herodii
domus dux eſt eoꝝ: montes ex
celſi ceruis: petrē refugiū herinaciis.
Fecit lunam in tempora: ſol cog
nouit occaſum ſuum. Poſuiſti
tenebras ⁊ facta eſt nox: in ipſa
pertranſibunt ōnes beſtie ſilue.
Catuli leonum rugientes ut ra
piant: ⁊ querant a deo eſcam ſibi
Ortus eſt ſol ⁊ cōgregati ſunt: ⁊
in cubilib9 ſuis collocabuntur.
Exibit homo ad op9 ſuum: ⁊ ad
operacōnem ſuam vſq; ad veſpe
rum. Quam magnificata ſunt
opera tua domine: omnia in ſapi
encia feciſti: impleta eſt terra poſ
ſeſſione tua. Hoc mare magnū
⁊ ſpacioſum manibus: illic repti
lia quorum non eſt numerus.

Animalia puſilla cū magnis: il
lic naues pertrāſibunt· Draco
iſte quē formaſti ad illudēdū ei:
ōnia a te expectāt ut des illis eſcā
i tempe· Dante te illis colligēt:
aperiēte te manū tuam ōnia iple
būtur bonitate· Auertente aūt
te faciē; turbabūtur: auferes ſpi
ritū eorū ⁊ deficient: ⁊ in puluerē
ſuū reuertētur· Emittes ſpiritū
tuū ⁊ creabūtur: ⁊ renouabis faci
em terre· Sit gloria dñi in ſecu
lum: letabitur dñs in opibus ſu
is· Qui reſpicit terram ⁊ facit eā
tremere: qui tangit mōtes ⁊ fumi
gant· Cantabo domino in vita
mea: pſallam deo meo q̄diu ſum
Iocūdum ſit ei eloquiū meū:
ego vero delectabor in dño· Defi
tient peccatorēs a terra et iniq̄ ita
ut nō ſint: bñdic aīa mea dño·
Confitemī dño ¶Alleluia·
⁊ inuocate nomē eius: ānū
tiate inter gētes opera ei⁹· Can
tate ei ⁊ pſallite ei: narrate oīa
mirabilia ei⁹ laudamini in noīe ei⁹
ſancto ei⁹· Letetur cor querēti
um dñm querite dñm ⁊ cōfirma ei⁹
mini: querite faciē ei⁹ ſēper· Me
mentote mirabiliū ei⁹ que fecit:
prodigia ⁊ iudicia oris ei⁹· Se
men abrahā ſerui ei⁹: filij iacob
electi ei⁹· Ipſe dñs deus noſter:
in vniuerſa terra iudicia ei⁹ Me
mor fuit ī ſeculū teſtamēti ſui: vbi
quod mādauit in mille generati
ones· Quod diſpoſuit ad abra
ham: ⁊ iuramēti ſui ad yſaac· Et
ſtatuit illud iacob in preceptū: et
iſrl' in teſtamētū eternū· Dicens
tibi dabo terrā chanaan: funicu
lum hereditatis veſtre· Cum eſ

ſent numero breui: paucíſſimi et
incole eius· Et pertrāſierunt de
gēte in gentem: ⁊ de regno ad po
pulū alterū· Non reliquit hoīez
nocere eis: ⁊ corripuit p eis reges
Nolite tangere criſtos meos: ⁊
in pphetis meis nolite malignai·
Et vocauit famē ſuper terram:
⁊ oē firmamētum panis ɔtriuit·
Miſit an̄ eos virum: in ſeruū ve
nūdatus eſt ioſeph Humiliaue
rūt in cōpedibus pedes eius: fer
rum ptranſijt animā ei⁹ donec ve
niret verbū eius· Eloquiū domi
ni inflāmauit eum: miſit rex ⁊ ſol
uit eum: princeps pplorū ⁊ dimi
ſit eū· Conſtituit eū dominū
dom⁹ ſue: ⁊ principē oīs poſſeſſi
oīs ſue· Ut erudiret pncipes
eius ſicut ſemetipſū: ⁊ ſenes eius
prudētiam doceret· Et intrauit
iſrl' in egyptū: ⁊ iacob accola fu
it in terra cham· Et auxit pplm
ſuum vehemēter: ⁊ firmauit eū ſu
per inimicos ei⁹· Conuertit cor
eorū ut eruđirent populū ei⁹: ⁊ do
lum facerent in ſeruos ei⁹ Miſit
moyſen ſeruum ſuū: aaron quē
elegit ipſū· Poſuit in eis verba
ſignorū ſuorum ⁊ pdigiorū: in ter
ra cham· Miſit tenebras ⁊ obſcu
rauit: ⁊ n̄ exacerbauit ſermōes
ſuos· Conuertit aquas eorū in
ſanguinē: ⁊ occidit piſces eorum
Et dedit terra eorū ranas: in pe
netrabilib⁹ regum ipſorū· Dixit
⁊ venit cynomia ⁊ ſciniphes: i oī
bus finib⁹ eorum· Poſuit pluui
as eorū grādinem: ignē cōburē
tem in terra ipſorū· Et percuſſit
vineas eorū ⁊ ficulneas eorū: et
contriuit lignum finium eorum·

Dixit ⁊ venit locuſta: ⁊ bruc9
cui9 nō erat nūer9. Et comedit
oē fenū in terra eorū: ⁊ comedit
ōnem fructū terre eoꝝ. Et pcuſ
ſit ōne primogenitū in terra eoꝝ
pmicias ōis laboris eorū. Et
eduxit eos cum argēto ⁊ auro: ⁊
nō erat in tribub9 eorū infirm9.
Letata eſt egipt9 in pfectōe eo
rū: qꝛ incubuit timor eorū ſup eos
Expandit nubem in ptectōem
eorū: ⁊ ignem ut luceret eis p no
ctem. Petierūt ⁊ venit coturnix:
⁊ pane celi ſaturauit eos. Diru
pit petrā ⁊ fluxerūt aque: abierūt
in ſicco flumina. Qm̄ memor fu
it verbi ſancti ſui: qđ habuit ad
abraham puerū ſuum. Et edu
xit populū ſuū in exultacōe: ⁊ ele
ctos ſuos in leticia. Et dedit ill'
regiones gentiū: ⁊ labores pplorū
poſſederūt. Ut cuſtodiāt iuſtifi
cacōes ei9: ⁊ legem eius requirāt.
Confitemī dn̄o Alł'a Alł'a.
qm̄ bon9: qm̄ in ſeculū miſeri
cordia ei9. Quis loquetur potē
cias dn̄i: auditas faciet oēs lau
des eius. Beati q̄ cuſtodiūt iu
diciū: ⁊ faciunt iuſticiā in oī tpe
Memento nrī dn̄e in bn̄placito
populi tui: viſita nos in ſalutari
tuo Ad vidēdum in bonitate ele
ctorū tuorū: ad letandū in leticia
gentis tue: ut lauderis cū heredi
tate tua. Peccauim9 cū prīb9 no
ſtris: iniuſte egim9 iniq̄tatē feci
m9. Patres nrī in egipto nō in
tellexerūt mirabilia tua: nō fuerūt
memores multitudinis miſericor
die tue. Et irritauerūt aſcēdētes
in mari mari rubro. Et ſaluauit eos
ppter nomē ſuū: ut notā facerēt
potētiam ſuā. Et increpuit mare
rubrū ⁊ exiccatum eſt: ⁊ deduxit
eos in abiſſis ſicut in deſerto. Et
ſaluauit eos de manu odienciū:
⁊ redemit eos de mānu inimici. Et
opuit aqua tribulātes eos: vn9
ex eis nō remanſit. Et credide
rūt verbis ei9: ⁊ laudauerūt lau
dem eius Cito fecerūt obliti ſūt
opeꝝ eius: nō ſuſtinuerūt ꝯſiliū
eius. Et ꝯcupierūt ꝯcupiſcen
ciam in deſerto: ⁊ tēptauerūt deū
in inaquoſo. Et dedit eis petici
onē ipſorū: ⁊ miſit ſaturitatē in
animas eorum. Et irritauerūt
moyſen in caſtris: aaron ſanctū
dn̄i. Aperta eſt terra ⁊ degluti
uit dathan: ⁊ operuit ſup ꝯgrega
cōem abiron. Et exarſit ignis i
ſynagoga eorū: flāma ꝯbuſſit
peccatores. Et fecerūt vitulū in
oreb: ⁊ adorauerūt ſculptile. Et
mutauerūt gloriā ſuā: in ſimilitu
dinē vituli comedētis fenū. Ob
liti ſūt deum qui ſaluauit eos: qui
fecit magnalia in egipto mirabi
lia in terra cham: terribilia i mari
rubro. Et dixit ut diſpderet eos:
ſi nō moyſes elect9 eius ſtetiſſet i
ꝯfractōe in conſpcū eius. Ut au
terret iram ei9 ne diſperderet eos: ⁊
p nihilo habuerūt terrā deſiderā
bilem. Non crediderunt verbo
eius: ⁊ murmurauerunt in taber
naculis ſuis: non exaudierunt vo
cem domini. Et eleuauit manū
ſuam ſuper eos: ut proſterneret
eos in deſerto. Et ut deiceret ſe
men eorum in nacionibus: ⁊ diſ
pergeret eos in regionibus. Et
iniciati ſunt beelphegor: ⁊ ꝯme
derunt ſacrificia mortuorum.

Et irritauerunt eū in adinuen
tōibus ſuis:⁊ multiplicata eſt i
ſ ruina. Et ſtetit finees ⁊ pla
cauit:⁊ ceſſauit quaſſatio. Et re
putatū eſt ei in iuſtitiam:in gene
racōem ⁊ generatiōem uſq; in ſē
piternū. ¶ Phares.
Et irritauerūt eum ad aquaȝ
contradictōis:⁊ vexatꝰ ē moy
ſes ꝑpter eos:quia exacerbauerūt
ſpiritum eius. Et diſtinxit i la
biis ſuis:non diſperdiderunt gen
tes quas dixit dominus illis. Et
cōmixti ſunt inter gentes:et didi
cerunt opa eorū ⁊ ſeruierūt ſculp
tilibus eorum:⁊ factum eſt illis i
ſcandalum. Et immolauerūt fili
os ſuos ⁊ filias ſuas:demoniis.
Et effuderunt ſāguinem inno
cētem ſanguinem filiorū ſuorum
⁊ filiarū ſuaȝ:quas ſacrificauerūt
ſculptilibus chanaan. Et inter
fecta eſt terra i ſanguinibꝰ:et cō 1co4
taminata eſt in operibus eorum:
⁊ fornicati ſunt in adinuencionī
bꝰ ſuis. Et iratus eſt furore do
minꝰ in populū ſuū:⁊ abhomina
tus eſt hereditatem ſuā. Et tra
didit eos in manꝰ gentium:⁊ do
minati ſūt eorum qui oderūt eos.
Et tribulauerūt eos inimici eo
rum:⁊ humiliati ſūt ſub manibꝰ
eorū:ſepe liberauit eos. Ipſi aūt
exacerbauerunt eum in conſilio
ſuo:et humiliati ſūt in iniquitati
bus ſuis. Et vidit cum tribula
rentur:⁊ audiuit oratiōem eorum.
Et memor fuit teſtamēti ſui:et
penituit eū ſcdm multitudinē mi
ſericordie ſue. Et dedit eos i mi
ſericordias:in conſpectū ōnium q̃
ceperant eos. Saluos fac nos
domine deus noſter:et congrega
nos de nacōnibus. Ut confitea
mur nomini ſancto tuo:et glorie
mur in laude tua. Benedictꝰ do
minꝰ deꝰ iſrahel:a ſeculo ⁊ uſq; in
ſeculum ⁊ dicet ōnis populꝰ:fiat
fiat. ¶ Alleluia Alleluia.
Confitemini dn̄o quoniā bo
nus:quoniā in ſeculū miſeri
cordia eius. Dicant qui redēpti
ſunt a dn̄o:quos redemit de manu
inimici:de regionibus ꝯgregauit
eos. A ſolis ortu ⁊ occaſu:ab aq̃
lone et mari. Errauerunt in ſo
litudine i inaquoſo:viam ciuita
tis habitaculi non inuenerunt.
Eſurientes ⁊ ſitientes:aīa eorū
in ipſis defecit. Et clamauerūt
ad dominū cū tribularentur:⁊ de
neceſſitatibꝰ eorum eripuit eos.
Et deduxit eos in viam rectam:
ut irent i ciuitatem habitacōnis.
Confiteantur dn̄o miſericordie
eius:⁊ mirabilia eius filiis homi
nū. Quia ſatiauit animā inanē
⁊ animā eſurientē ſaciauit bonis.
Sedentes in tenebris ⁊ vmbra
mortis:vinctos in mendicitate ⁊
ferro. Quia exacerbauerūt elo
quia dei:⁊ conſiliū altiſſimi irrita
uerūt. Et humiliatū eſt i labo
ribus cor eorū:īfirmati ſunt nec
fuit q̃ adiuuaret. Et clamaue
